



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Homiliae Adm. Illvstris Ac R.dissimi Domini D. Fr.
Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriae
Episcopi Barbastrensis & Albarrazini Ord. FF.
Prædicatorum**

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, Anno M.DC.XLIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53084](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53084)



Th. 3150.





LIBRERIA

AV
+

H 211
15.

HOMILIÆ

AD^M. ILLVSTRIS AC R.^{DISSIMI} DOMINI

D. FR. HIERONYMI BAPTISTÆ

DE LANVZA

Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini
Ord. FF. Prædicatorum.

PER EVANGELIUM QVOD LEGITVR IN SOLEMNITATE
SS. SACRAMENTI ALTARIS.

His accessit expositio Missæ in vltima Homilia: conueniens valde Missarum
primitijs, earumque celebrationi vtque illas fideles cum deuotione
& vera sublimium mysteriorum cognitione audiant.

Illas collegit ex eiusdem Auctoris scriptis Originalibus fideliter & diligenter
FR. IOANNES LAURENTIUS CAYROSA S. Theologiæ Lector celebris
Conuentus & Vniuersitatis FF. Prædicatorum Cesar-angustæ.

In latinum translata per R. P. F. ONESIMVM DE KIEN IRENSEM Ordinis FF. Minorum
Capucinatorum Concionatorem Prouinciæ Flandro-Belgiæ.



ANTVERPIÆ,

Apud GVILIELMVM LESTEENIVM, via vulgo Hoochstraet
dicta, sub Pellicano aureo. Anno M. DC. XLIX.

PROLOGVS AD LECTOREM.

D. HIERONYMVS in lucem editurus Commentaria, quæ composuerat super Euangelia, testatur necessarium fuisse antequam expositionem suam inciperet, vt prius omnes Interpretes legisset, qui super illa scripserant: secundo censuram tulisset de singulis, vt sibi seligeret quod proposito suo maxime conueniret.

Et de se fateatur argumentum hoc primum fuisse adeo operosum, vt se difficultate victum ingemisceret, quæ se offerebat in tot euoluendis quot scripta erant, commentarijs: & secundum non leuiorem ei causabat difficultatem: considerans quod inter tot dilerte scripta, vnum eligere non posset, nisi alteri quod omittebat, grauem inferret iniuriam. *Primum enim difficile est omnes legere qui in Euangelia scripserunt, deinde multo difficilius à adhibito iudicio, quæ optima sunt, excerpere.* Licet autem his angereatur difficultatibus, non contemnendi profecto decursu per plurimos annos legisset viginti quinque tractatus & totidem Homilias Origenis super Matthæum: & inde fateatur SS. Doctor se nouos hauisse animos tantum opus aggrediendi, & timorem superasse ex tantis ortam difficultatibus. *Legisse me fateor ante annos plurimos in Matthæum Origenis viginti quinque volumina, & totidem eius Homilias.* Quocirca resumptis viribus exorsus est expositionem, nobisque thesaurum suorum reliquit Commentariorum, vt perspicua eorum interpretatione scumularet Ecclesiam.

Hoc ego D. Hieronymi legi argumentum, quando cogitare cœpi, qualiter præpararem nonnulla opera alterius Hieronymi, nimirum Illustrissimi ac Reueren. Domini D. F. HIERONYMI BAPTISTA DE LANZA Episcopi primum Barbastrensis, & deinde Albarracini (qui hinc de Ecclesia migravit tantum meritis opulentus, quantum temporalibus bonis inops, vt tanto perfectius cælestibus gloriolæ potiretur) qui doctrinam & opera sic imitatus est D. Hieronymi Doctoris maximi, vt eius scripta, non nisi transumpta ex clara & tuta eiusdem S. P. aginæ expositione videantur. His velut in medio abyssi sine fundo

PROLOGVS AD LECTOREM.

me demersum attendebam: vix enim cuiquam potest superesse vita, qua persecutetur plurima illa quæ circa omnem materiam scripta euulgauit. Et si ad scribendum aliquid de SS. Altaris Sacramento necesse fuerit præuidere quæ de hoc scripserat, iuxta illud quod de se nos docuit D. Hieronym. tanta vidi quæ de hoc edidit, vt fatear, mihi quasi impossibile fuisse hanc implere conditionem, & quasi ipsa superari me difficultate. Ex altera parte me teneri sentiebam hac consideratione: nam si non obstante tanta repugnantia (qua semper ex profunda humilitate ab imprimendo detinebatur) prædicatores tamen assatim ditauerit thesauro illo, quatuor intelligo Tomos Tractatum Evangelicorum, & homiliarum, quos de prælo eduxit: æquum non erat, vt post eius hinc demigrationem priuarentur illo thesauro, quem cum alijs eius operibus poterant possidere, non illa mundo communicando: hæc summas mouerunt mihi molestias: licet primum fortius mihi animos adimeret: & amplius dum aliam cernebam maiorem in eligendo quid in lucem producerem in his Homilijs, alijs quas mihi reliquit, non inimicus: dum enim manum his adiciebam, & oculos cæteris, omnia iudicabam adeo præclara, vt mihi eorum non fiderem electionem, vnde nihil determinans hæsi. Sed vel parum à dubitatione respirasti, eo ipso quo D. Hierony quod sc. tot annis eius opera peruoluerim, sic illa manibus terens continuo, vt dicere mihi liceat, quod totam vitam meam illis impenderim, quodque hæc continuata lectio non posset non eximum adferre mihi profectum, dispositionem inquam satis congruam ad negotium adeo operosum: quare poteram saltem aliquam mihi promittere prudentiam in eligendo eo quod pro his Homilijs eram assumpturus: similiter corrobortus sum perpendens, quod quicumque intellexerit, quanto tempore his euoluendis operibus studuerim, aliquatenus sibi persuadere possit quod secure vt illius eas luci committens adeo in illis, vt ego, versatus, in promissis illum minime defraudarim: hæc ea ratio sit, ex qua eadem recipiantur voluptate qua recepta sunt quæ hæcenus illius auctoris opera prodierunt; & ita mihi certissime polliceor: quandoquidem per me ipsum quidquid his continetur Homilijs collegerim ex iisdem eius authenticis omni studio & diligentia, nihil superaddens, nihilque adimens ex illis quæ inueni, & scripta habeo præfati Auctoris manu propria, pro vt earum materia declarabit. Incepi autem hæc opera prælo subijcere, quæ mihi manu propria exarata reliquit colendæ memoriæ R^{mus}. Dominus duabus

PREFATIO AD LECTOREM.

duabus de causis : quarum prima ea fuit : quia adhuc in viuis existens eam habuit inclinationem, quantū mihi perspectum fuit, aliquid circa hoc in lucem edendi, & hoc nunc perficere, nihil aliud est quam defuncti mentem adimplere. Secundam adduco ex D. Thoma, qua probe- tur intentio S. Matris Ecclesiae, celebrandi nimirum maiori solemni- tate festa SS. Sacramenti, quam cæteri Christi mysteria. *Quia in hoc Sa- cramento totum mysterium nostræ salutis comprehenditur, ideo præ cæteris Sa- cramentis cum maiori solemnitate agitur.* Nemo dubitat quin omnia Chri- sti mysteria nostram operata sint redemptionem: quia omnia proce- serant velut de principio mysterij Incarnationis, quam iuxta fidei no- stræ decretum Deus ad nostram salutē operatus est. *Qui propter nos ho- mines, & propter nostram salutem incarnatus est.* Si igitur Tractatus myste- riorū Christi titulo iustitiæ primū efflagitent locū, & alicuius in lucem editio eum debeat obtinere (sicut illum offero, si gratæ fuerint & ac- ceptæ hæ homiliz) cum mysterium hoc SS. Sacramenti omnia com- prehendat mysteria, ratio postulabat, vt ex hoc inciperem. Ita similiter facio, & in vltima Homilia proponitur expositio Missæ valde congrua celebrandis primitiis, cunctisque admodū necessaria Sacerdotibus, in- que qui veram optant notitiam eorum quæ sunt & dicuntur in Missa, & quid singula denotent, quo ad feruentiorem pietatem & attentio- nem moueantur tam Sacerdos ad celebrandum Sacrum, quam fideles ad audiendum. Quod autem hanc Homiliam in vltimum reiecerim, ratio sit, quod ordinem secutus sim quem seruauit Doctor Angelicus qui in vltimo Tractatu de materia SS. Sacramenti Eucharistiæ, de illo agit, in quantum rationem habet sacrificij. Quæ omnia in lucem pro- tuli vt probationem capiam acceptionis, qua recipiuntur: si namque videro ea sic omnibus placere, vires sumam & animos prosequendi tam id quod promitto circa mysteria Christi, quam SS. eius Matris & virginis Mariæ, ac Sanctorum, quorum festa solemni ritu per totum anni decursum celebrat Ecclesia: quod si hoc in hoc opere non fuero assecutus, saltem hoc assequar, quod ostenderit intentionem meam vt omnes ex hoc proficerent thesauro, in operibus R^{mi}. Domini la- tente, quo mihi precor ignosci, quod ingenij mei exiguitas votorum meorum non obtinuerit magnitudinem. Vale.

T A B V L A

HOMILIARVM EARVMQVE

PARAGRAPHORVM.

HOMILIA I. DE EXCELLENTIA SS. SACRAMENTI. p. 1.

- §. 1. **V**T aliquid ex dignitate atque excellentia huius SS. Sacramenti capiamus: necessarium nobis est lumen supernaturale fidei. p. 2.
- §. 2. Prefigurata fuit SS. Sacramenti dignitas in admirabili illa Moyse visione, qua rubus videbatur ardens sed incombustus. p. 4.
- §. 3. Intendit Ecclesia declarare quantopere nobis necessaria sit gratia Spiritus S. qua de hoc diuino agamus Sacramento: cum eius festa celebret post Octauam Aduentus eiusdem Spiritus S. p. 6.
- §. 4. Intendit Christus nos ad calum deducere, & quatenus secure viam teneamus, nobis fidem proponit SS. Sacramenti, cuius luce nos ducit. p. 8.
- §. 5. Lumen quod à Deo postulabat Dauid, quo ad montem sanctum gloria eius posset peruenire, lumen erat fidei, quod resplendet in SS. Sacramento: nam ipsum est quod illud manifestat. p. 11.
- §. 6. Lumine fidei SS. Sacramenti manifestat Deus hominibus mysteriorum suorum eminentiam: est etenim lux, qua, teste Apostolo, lucet in tenebris. p. 13.
- §. 7. Quamuis Deus à nostra cognitione procul absit, fides tamen SS. Sacramenti nobis illum reddit propinquum, ut ipsum in illo cognoscamus. p. 15.
- §. 8. Seraphini quos vidit Isaias circa thronum Dei duabus alis in eius cognitione volantes, quando alij duabus pedes & caput velarunt, indicant quod per fidem sit ad Dei cognitionem approximatum. p. 16.
- §. 9. Non minus necessaria est nobis fides, qua ad SS. Sacramentum accedamus, quam Seraphim sercipes quibus tollat calculum guttur de Altari. p. 18.
- §. 10. Vt Deus nos ad promissam introdatam gloria hereditatem, vult nos per sui cognitionem preparari in fide SS. Sacramenti declarati: cuius figuram arca gestis, à qua precipit, ut longius discedant Israelitae, ad excellentiam eius ostensionem. p. 19.
- §. 11. Deus se prius exhibet per fidem Sacramentatum & cognitum in V. Sacramenti, quam per claram visionem in gloria. p. 21.
- §. 12. Eo modo quo lumen gloria disponit intellectum beati ad claram Dei visionem: ita lumen fidei de hoc SS. Sacramento preparat ad eius fruitionem. p. 22.
- §. 13. De veritate huius SS. Sacramenti iudicare debet intellectus, sed Dei verbo informatus, & nequaquam ex eo quod visu consequitur. p. 24.
- §. 14. Sicut in hoc SS. Sacramento sibi opponitur visus & auditus, ita utriusque assignatur locus: visui in caelo, & auditui hic in terra: qui visum per fidem huius mysterij praecedit. p. 26.
- §. 15. Torrem intellectionis nos ei cohibet subiiciens illum fidei veritas huius mysterij per Christi verba confirmata. p. 27.
- §. 16. In SS. Altari Sacramento contrahit alas suas humanus intellectus eo plane modo, quo sancta animalia Eszechielis suas demiserunt ad vocem desuper fundamentum. p. 29.

§. 17. In SS. Altari Sacramento comprimere debemus naturam discursus velocitatem ob verbum Christi, nos mysterij huius docentis veritatem: cum illud vincum calos terramque firmare poterit. p. 31.
§. 18. SS. Sacramentum mysterium Dei est eminentissimum, atque vt tale solis seruat in fidelibus, qui diuina collustrati fide eius cog-

noscent dignitatem. p. 33.
§. 19. Filij sunt illegitimi, qui in hoc mirabili Sacramento intellectum suum Christi verbo non subijciunt. p. 35.
§. 20. Deus ipse in V. Sacramento nos tuto cer- toque ducit, in illo nobis loquens, vt olim si- lys Israel in columna eos comitante p. 37.

HOMILIA. II.

De diuino cibo, quem nobis Deus tribuit in hoc SS. Sacramento. p. 39

§. 1. Sicut diabolus larua contextus mortem nobis in buccella infudit: ita Christus laruatus in SS. Sacramento nobis vitam tribuit in alia. p. 40.
§. 2. Hec caelesti cibo Christus homines ad se al- licit, in quo Ada vincula renouantur. p. 42.
§. 3. Homini Deus hunc seruauit cibum, in quo terra esset diuitiarum illius vberitas. p. 45.
§. 3. Sicut Deus hominem de statu suo subleuat, illumque filium suum per gratiam efficit, ita illum extollit de mensa, eundem illi suum tribuens cibum in SS. Sacramento. p. 48.
§. 4. Cibus nobis à Christo in SS. Sacramento traditus, pinguis est: etenim nobis omne Dei bonum tribuit. p. 50.
§. 5. Sicut in V. Eucharistia Deus se totum nobis exhibet, ita vicissim desiderat nos totos illi tradamus, quatenus nobis ad vtilitatem ingrediatur. p. 53.
§. 6. In hoc SS. Sacramento triumphat de Christo amor: idcirco se in hoc ostendit ita zelosum, vt nolit quod anima ad alium quam ad amorem suum seduerrat. p. 55.
§. 7. Expediit vt anima à terrenis sit affectibus libera Sacram sumptura Synaxim. p. 57.
§. 8. Perpetua curare debemus sollicitudine anima munditiam, etiam à rebus minimis, qua possent illam inquinare ad receptionem SS. Sacramenti. p. 60.
§. 9. Perierunt filij Israel quando recepto à Deo

Manna, altera vice carnes appetierunt: mor- tem suam Christianus timeat si affectu & desiderio carnali ad Communionem accesserit. p. 62.
§. 10. Vt quis digne S. frequentet Communionem, expedit vt adeo liber sit ab omni carnis & sanguinis affectu, quasi esset illi mortuus. p. 64.
§. 11. Laruam induit Deus cibi in hoc SS. Sa- cramento ad necessitatis nostra remedium, & nos quoque tanto bono recipiendo laruam induamus. p. 67.
§. 12. Quia cibus hic substantiosus est admo- dum, magnam requirit preparationem ex parte nostra. p. 69.
§. 13. Si Deus voluerit vt mundus suscepturus Deum hominem factum, se prius prepara- ret, multo maior requiritur preparatio re- cipiendi eum vt cibum nostrum. p. 70.
§. 14. Decernit Deus ad esum Agni Paschalis vt se Iudei prepararent, quo nos compellat ad digniorem multo preparationem ad S. Com- munionem accedentes, cuius hic figura fuit. p. 74.
§. 15. Cum tam excellens sit cibus coniunij SS. Sacramenti, praecipit Deus vt San- ctos in celo aduocemus, qui velut vicini no- strinos adiuuent eo modo quo in coniunio Agni Iudeis Deus mandabat vt vicinos suos conuocarent. p. 76.

HOMI

- §. 1. **E**st hac solemnitas principalior digniorque ceteris, mysteriorum Christi solemnitatibus: quia realiter in nobis habemus presentiam reali & vera id quod celebramus. p. 80.
- §. 2. Ad omnem nostram sollicitudinis quietem se nobis Deus reliquit in SS. Sacramento: hoc enim David querebat curatum suarum ferarum. p. 83.
- §. 3. Gentiles multos colerunt Deos, ut necessitatibus suis haberent remedium. Deus autem se nobis tradit in SS. Sacramento necessitatibus nostris remedium. p. 85.
- §. 4. Ut perfecte in Deo maneremus, nobiscum manere voluit in SS. Sacramento. p. 88.
- §. 5. Manet Christus cum hominibus in SS. Sacramento, ne quarant illum, cum secum habeant, & ita ad alium non divertant. p. 90.
- §. 6. Ut facilitatem evincamus qua à Deo nos elongamus, se nobis præbet in SS. Sacramento. p. 93.
- §. 7. Excellentiam commendat populi Christiani habere Deum in hoc SS. Sacramento ita sibi vicinum. p. 96.
- §. 8. Dare nobis quid amplius non poterat Deus, quo nos illustraret, quam illum quod nobis in SS. dedit Sacramento, ita se nobis in eo coniungens ut in unoquoque ipse maneat. p. 99.
- §. 9. Lumine Prophetie Vates Ezechiel munus expendit dignitatem huius SS. Sacramenti in flumine illo quod vidit egrediens de porta templi, cuius aquas tandem permeare non poterat. p. 102.
- §. 10. Gaudium demonstrat Deus quod hausit dum hominem fecit Deum: quandoquidem superatis obstaculis dignatus sit se totum illi dare profuulam suam manifestans humilitatem in descendendo, ut nos illum recipereamus. p. 104.
- §. 11. Deo naturale est ut pote summo bono se ipsum communicare, & quia tale est in ultimo gradu sue communicationis se Christus hominibus exhibet in SS. Sacramento, ubi in summo gradu illi esse suum communicat. p. 107.
- §. 12. Satisfacit Christus amori erga Patrem ascendens in celum, quando eam hic impluit ad ascensum, amori similiter erga homines cum illis remanens in SS. Sacramento, quod instruit. p. 110.
- §. 13. Remanet nobiscum Christus in SS. Sacramento ne diabolus in nos aliquid attentet, videns Patrem ad Patrem ascendere neque deserere. p. 112.
- §. 14. Christus suos in discessu ad celum protegit, cum illis remanens in SS. Sacramento futurus eorum protector. p. 115.
- §. 15. Dum se Christus in SS. Sacramento præbet in cibum, nos sibi unione copulat admirabili. p. 118.
- §. 16. Vnitur nobis Christus in SS. Sacramento, ut nostram ipse confirmet infirmitatem, & virtutem. p. 120.
- §. 17. Ex unione Dei cum homine in SS. Sacramento, hominem Angeli reuerentur. p. 123.
- §. 18. Ne cogat nos necessitas aliud impetendi remedium, remanet Christus in SS. Sacramento, ut maneat in nobis, & nos in eo, quando illum recipimus. p. 125.
- §. 19. Manet nobiscum Christus in SS. Sacramento, ut illum permanenter habere copiosiora ab illo beneficia recipiamus. p. 128.
- §. 20. Ut Deus in anima remaneat requirit dispositio ad eius receptionem cum recognitione eius magnitudinis & propria nostra humilitatis. p. 130.

De vita quam Deus communicat eum in SS. Sacramento recipientibus p.133.

- §. 1. SS. Sacramentum extensio quedam est Incarnationis Verbi, in qua nobis vita tribuitur Deo propria, que Christo in Incarnatione communicatur. p.135
- §. 2. Sicut Christus totam humanitatis sue massam temperavit fermento diuinitatis ad nostra redemptionis opus, ita massam singularum immiscuit SS. Sacramento, vt nostra salutis opera exequeremur. p.137
- §. 3. Verbum Dei semper nobis perfectius reddidit, quod à nobis sumpsit ad Incarnationis mysterium: & ita nobis reddit in SS. Sacramento vitam humanitatis perfectiorem eum in illi nobis Dei vitam largiatur. p.141
- §. 4. Adhuc Deus in SS. Sacramento velut in throno solis: ex illo namque singulis vitam infundit, & quicquid boni in hominibus esse commendatur. p.144
- §. 5. Communicantibus se totum Deus exhibet sicut in gloria se totum beatis singulis communicabit. p.147
- §. 6. Quia SS. Sacramentum memoriale est Passionis Dominice, totus Christus in illa omnibus & singulis datur: sicut Passio pro omnibus & singulis peracta fuit. p.149
- §. 7. Constringit se Deus in SS. Sacramento, velut in pane arido & pluuia breui secundam Isaiam, quo amissam per peccatum vitam Dei nobis restituit. p.152
- §. 8. Perfekte nos Deus commutat ea vita quam nobis confert in SS. Sacramento, non minus quam Ægyptum, illam ingrediens in nubem. p.154
- §. 9. Vt Deus nos reducat ad vitam, qua in illo
- vinebamus, antequam nos creasset, se nobis prebet in cibum in SS. Sacramento, suam nobis communicans. p.157
- §. 10. SS. Sacramentum Lac est rationale & sine dolo, quod D. Petrus hortatur nos desiderare, vt vita vivamus rationali qua Deus viuunt. p.160
- §. 11. Sicut per buccellam arboris vite Paradisi diabolus in homine mortem produxit animam spirituales, ita Christus in cibo SS. Sacramenti vitam illi tribuit spirituales. p.163
- §. 12. Ex eo quod Deus in SS. Sacramento copiosam nobis bonorum suorum prebeat abundantiam, que nostrum explet desiderium, declarauit David nos vitam adepturos Dei in æternum. p.166
- §. 13. Illa vita quam communicat Deus in SS. Sacramento, anima nostre vitam corroborat, qua diabolum euincat. p.169
- §. 14. Ignorantie nostre tenebras Christus dissipat lucem infundens intellectui, qua Deum distinctius cognoscat in SS. Sacramento. p.172
- §. 15. Vt significet Deus quod in SS. Sacramento nostris semper subueniret necessitatibus, decreuit vt panes propositionis semper coram eo collocarentur; fuerunt enim eius figura, & velut memoriam eius ad hunc effectum excitantes. p.176
- §. 16. Est hoc supremum omnium mysterium quod Christus operatur: in im per carnem qua nostra mortis fuit principium, ab illo assumptam, atque in SS. Sacramento concessam, nobis vitam largitur. p.180

- §. 1. **I**ngressus Christus in templum
quintiduo antequam immolare-
retur, ex eo cuncta eiecit animalia sa-
crificijs destinata: quo significabat se sa-
crificio suo cunctis antiquis finem impo-
nere sacrificijs. p. 185.
- §. 2. Præbet nobis Christus in SS. Sacra-
mento alimentum, quo vitam Dei sus-
sentemus, quam in illo nobis communi-
cat, & iustum pretium quo debita no-
stra soluamus, iuxta quod habet ratio-
nem sacrificij. p. 188.
- §. 3. Sacrificio Missæ, in quo Patri filium
suum mittimus unigenitum, Deo per-
fectius quam omnibus veteris legis sa-
crificijs satisfacimus. p. 191.
- §. 4. Cum Missa sacrificium sit ipsa puri-
tas & mundities, vult Deus ut tem-
plum in quo offertur sit mundum & ip-
si conveniat quod Christus declarat,
dum templum expurgat eiectis foras
animalibus. p. 193.
- §. 5. Tanta dignitatis sacrificium requirit
ut eius oblationi dedicatus, eminentis-
sit quoque dignitatis, & hanc Christus
tribuit Sacerdotibus, ut velut ministri
sui ab alijs honorentur. p. 199.
- §. 6. Instituit Christus Sacerdotes ad Mis-
sæ sacrificium offerendum consecratos,
& medijs illis hoc idem nos omnes offe-
rimus. p. 199.
- §. 7. Licet verum sit multum referre boni-
tatem Sacerdotis, ut Deus petitis no-
stris efficaciter annuat, tamen eius
tantum attendemus dignitatem, cuius
inuitu illam honoremus, & optatum
nobis ex eius sacrificio speremus exi-
tum. p. 202.
- §. 8. Licet quia Sacerdotes homines sunt,
quos Christus ad Missæ sacrificium of-
ferendum elegit, posset nonnullum in
reliquis provocare contemptum, quia
eiusdem sunt omnes natura: ut illi tam-
men venerentur, dignitatem illis con-
tulit Sacerdotij. p. 205.
- §. 9. Statuit Christus in Sacerdotibus
signa quedam exteriora, ex quibus de-
mines tenerentur illos venerari in
vestibus Sacerdotalibus. p. 207.
- §. 10. In vestibus Sacerdotalibus induunt
Sacerdotes Christum, quatenus propter
illas ut ministris suis reverentia defe-
ratur. p. 211.
- §. 11. In singulis Sacerdotis vestibus par-
ticulariter est Christus, & dum singulis
earum vititur, singularem præfert dig-
nitatem, ob quam in signum gratitudi-
nis servire tenentur illi diligentius.
p. 214.
- §. 12. In vestibus Sacerdotis instrumenta
perpende passionis Christi: ut ex sin-
gulis id colligas quod significans tibi
commodum. p. 216.
- §. 13. Conveniens fuit, quo fœdium pietas
moneretur, nonnullas huic sacrificio ad-
iungere piæ ceremonias quæ dignitatem
illius quoad venerationem cultumque
extollerat. p. 220.
- §. 14. Conveniens fuit ad maiorem Missæ
venerationem quedam instituire velut
preparatoria ad eius celebrationem.
p. 222.

§. 15. In Missa particularis fit memoria glorie caelestis post miseria nostra representationem, quo docemur propria eius cognitionem esse dispositionem magis congruam qua ad terminum illum felicissimum pertingamus.

§. 16. Necessse est quatenus Deus sit nobiscum ut omnes conveniamus & participes simus fructus huius Sacrificij quod declaratur in collecta Missa, ob quam causam Sacerdos se vertit ad populum illum his verbis salutans: Dominus vobiscum antequam incipiat. p. 228.

§. 17. Quia populi dispositio conveniens Missa sacrificio, ea est ut in fide instructus accedat: ideo cantatur in illa Epistola & Evangelium ex quibus plenius instruitur. p. 232.

§. 18. Perfecta populi instructio in fide fit per doctrinam Christi in Evangelio: unde ut perfecte imbuatur in fide huius mysterij, antequam in Missa ce-

lebreitur, cantatur Evangelium & symbolum fidei.

§. 19. Quia mysterium hoc rationem habet sacrificij, ad Missa offeritorium populus cum Sacerdote offert munera, quo significatur quod per istam coniunctionem eius oblatio Deo futura sit acceptior.

§. 20. Quanto magis Sacerdos appropinquat ad consecrationem, tanto maior requiritur puritas mentisque ad ea qua in Missa aguntur, attentio: idcirco Sacerdos ut ambo hac indicet, sibi manus abluit, rogatque populum, ut pro eo supplicet, sintque omnes attentis sacrificio.

§. 21. In reliquis Missa actionibus qua subsequuntur, indicantur illa, quas Christus ante Passionem suam mortemque operatus est, ad salutem & glorificationem nostram: qua ad finem per benedictionem Sacerdotis exprimitur.



APPROBATIO CENSORIS.

EX commissione Illustrissimi, & Excellentissimi Domini D. Fr. Ludouici Diez Auxensis & Armendariensis Episcopi Vrgellen-
sis: Consiliarij Regiæ Maiestatis, Proregis & Capitanei Generalis in
Principatu Cathalonienfi. & Comitatibus Rosilionis & Ceritaniz:
librum inspexi & perlegi, cui titulus præfigitur: Homiliæ super E-
uangelium SS. Sacramenti cum expositione Missæ, quem composuit
Illustrissimus & Reuerendissimus Dominus D. Fr. Hieronymus Bap-
tista de Lanuza Episcopus Barbastrensis, & Albarracinus &c. Quod
si præstantiam conceptuum, eruditionem in Patribus, & singula-
rem spectemus spiritus feruorem, aperte constat filium esse talis
Auctoris: opus prælo dignum, quodque cunctis tradatur pulpita
ascendentibus, nec non SS. Sacramento pie addictissimis: mihi nam-
que persuadeo non exigua ex eo proueniet Deo gloria, profectus
animabus, & per grande Prædicatoribus Euangelicis subsidium (ad
talem materiam, vt utilissimam, ita grauissimam) proinde lucem vi-
deat thesaurus hic pretiosus, atque per eiusdem impressionem omni-
bus communicetur, Datum in Collegio S. Guilielmi Barcinonenfis
Ordinis SS. Patris nostri Augustini: 23. Maij 1626.

FR. HIERONYMVS BALLE
*Visitor Prouincie Aragonie,
& Rector Collegij.*

APPROBATIO.

EX mandato & præscripto expresso R. di Ad. P. M. F. Hieronymi
Mos Prouincialis Prouincie Aragonie SS. Ordinis nostri Prædi-
catorum singulari admodum attentione nec non maiori longe volup-
tate legimus Homiliæ SS. Sacramenti Altaris compositas à Reue-
rendissimo Domino D. Fr. Hieronymo Baptista de Lanuza Episco-
po Barbastrensi & Albarracino: & propter doctrinæ grauitatem,
profunditatem & conceptuum subtilitatem, quibus abundant, iudi-
camus opus esse tanto Auctore legitimum filium, & reliquis operi-
bus

bus valde germanum, quæ præfatus Episcopus protulit in lucem: quod nam minorem meretur per totum orbem applausum & acceptationem, quam cetera eius opera: quo circa securissime potest Ad. Reuerendus Pater noster Prouincialis dare Licentiam P. Lectori Fr. Ioanni Laurentio Cayrosa, quatenus sub nomine præfati Domini Episcopi opus illud in lucem producat: Quinimo nostri muneris est prædicto Patri plurimas referre gratias ob non modicum laborem, & gnauam diligentiam, qua tam librum hunc quam alios collegit, quos vt intelleximus, ab eodem Episcopo detinet compositos: quia vero nobis perspicuum est, quod impressio huius & aliorum quos habuerit, non exiguam proferet toti Ecclesiæ Dei utilitatem, gloriam & honorem S. nostræ Religionis: obsecramus R. Ad. Prouincialem nostrum, vt prædicto Patri præcipiat, vt illos prælo submittat, quam fieri potest citissime. In cuius rei fidem huic subscribimus in Conuentu S. Catharinæ Martyris Barcinonæ. 12. Aprilis 1626.

FR. ANTONIVS BRVGVERA MAGISTER.

FR. FRANCISCVS PALAV
*Præfatus & Lector primarius
Theologiae.*

LICENTIA R. D. AD. PATRIS NOSTRI MAGISTRI

FR. HIERONYMI MOS

PROVINCIALIS PROVINCIE ARAGONIE.

Magister Fr. Hieronymus Mos Prouincialis Prouincie Aragonie Ordinis Prædicatorum. Quandoquidem experientia nobis conster vberimus fructus, quem in Ecclesia S. produxerunt opera Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini D. Fr. Hieronymi Baptistæ de Lanuza Episcopi Albarracini S. nostræ Religionis & Prouincie, & honor habitus non exiguus, ex illis proueniens: hinc obligamur vt prædictorum operum toto conamine promotioni studeamus, cumque nobis sit exploratum quod præfatus Reuerendissimus Dominus in his omnibus totaliter semper fiderit P. Fr. Ioanni Laurentio Cayrosa Lectori Theologie Conuentus nostri Prædicato-

** }

mm

rum Caesar-augustani, iudicans de bona eiusdem directione, scriptio-
ne, & impressione nihil omnino dubitandum, omnia prædicto Patri
commendans, quodque his cetero innixus illi semper videre, scribere,
transcribere, & euoluere omnia sua scripta permiserit, nullis sibi re-
seruatis, quibus uti non posset: cum iam ex morte præfati Reuerendis-
simi Domini deslere possemus, tanti thesauri priuationem: dignatus
est Deus abstergere lacrymas nostras, dum nobis reliquit dictum
Patrem ut eius thesaurarium, qui industria sua, sollicitudine, & pru-
dentia nobis posset prodesse. Quapropter tenore præsentium, & au-
thoritate officij mei licentiam impertior P. F. Joanni Laurentio Cay-
rosa Lectori Theologiæ supradicto, quatenus (visis primo & exami-
natis per Reu. P. M. F. Antonium Bruguera Præsidentem Conuentus
nostri S. Catharinæ Martyris Barcinonæ, & per P. Præsentatum Fr.
Franciscum Palau Lectorem Theologiæ primarium eiusdem Con-
uentus & primæ Vniuersitatis Prouinciæ nostræ Aragoniæ, Homi-
lij, quas habet ex supradicto Illustrissimo Domino D. Fr. Hierony-
mo Baptista de Lanuza Episcop. Albarra. super Euangelium quod
Ecclesia proponit in Festo SS. Sacramenti Altaris, valeat illas prælo
submittere & in lucem producere, illi in virtute Spiritus S. præci-
piens, & S. obedientia, nec non præcepto formali, ut tam has quam
alia quæcumque opera habuerit præfati R. ^{mi} Domini, studeat omni
postposita mora cunctis communia reddere: ut tota Dei Ecclesia hoc
thesauro potiatur: spero etenim prægrandem ex illis omnibus oritu-
ram utilitatem. In cuius rei fidem propria manu præsentem signaui-
mus, & sigillo nostri officij muniuimus in Conuentu nostro S. Catha-
rinæ Martyris Barcinonæ 14. Aprilis 1626.

FR. HIERONYMVS MOS
PRIOR PROVINCIALIS.

APPROBATIO.

HAs Homilias super Euangelium SS. Sacramenti cum expositione Missæ, quas composuit piæ memoriæ R. ^{mo} Dominus D. Fr. Hieronymus Baptista de Lanuza Episcopus Barbastrenf. & Albarracinus, & post mortem eius ex scriptis illius originalibus collegit P. F. Ioannes Laurentius Cayrosa Lector Theologiæ in Conuentu Cæsar-augustano Ordinis Prædicatorum, examinavi ex commissione Illustris Domini D. Francisci Terre Canonici & Decani Ecclesiæ Cathedralis Barcinonæ, Vicarij Generalis Excellentissimi Domini Episcopi eiusdem ciuitatis: & euidenter conuincuntur esse filij eiusdem ingenij cum ceteris, quæ tanta acceptatione & applausu per omnes terræ partes receptæ sunt, in quibus Doctrina Catholica S. Romanæ Ecclesiæ cognoscitur. Quocirca assero securissime dari posse licentiam eas imprimendi, & euulgandi, vt horum laborum fructibus gaudeant, non tantum prædicatores, quibus singulariter proderunt, sed insuper omnes Lectores, ob insignem quam continent, doctrinam, subriles conceptus, spiritum & pietatem, pro rei dignitate, quæ in illis tractatur, & æquum est sperare omnes ab Auctore, quem tanta pietas, deuotio & doctrina commendant. Sic iudico, & propria manu subscribo In Conuentu S. Catharinæ Martyris Barcinonæ 24. Ianuarij. 1626.

FR. THOMAS ROCAMAGISTER.

LICENTIA.

Nos D. Franciscus Terre V. I. D. Decanus & Canonicus Ecclesiæ Barcinonæ in spiritualibus & temporalibus Vicarius Generalis & Officialis pro illustrissimo & Reuerendissimo D. D. Ioanne Sentis Dei & Apostolicæ sedis gratia Barcinon. Episcopo Domini nostri Regis in Principatu Cathalonix; & Comitibus Rossilionis & Ceritanæ locumtenen. & Capitaneo Generali eiusque Conciliario concedimus licentiam imprimendi prædictas Homilias attendita supradicta relatione. Datum Barcinonæ die 24. Mensis Ianuarij 1626.

Imprimatur.

D. FRANCISCVS TERRE.
Vicar. Gener.

APR

APPROBATIO.

H Omilia de SS. Sacramento fideliter collecta ex scriptis originalibus Perillustris ac Reuerendissimi Domini Hieronymi Baptistae de Lanuza Episcopi Barbastrensis & Albarrazini Ord. FF. Praedicatorum nihil continent fidei aut bonis moribus contrarium: consimilem vero pietatis spiritum, ac doctrinae profunditatem spirant, quales in ceteris laudatissimis eius homilijs, in lucem emissis, relucent. Quare easdem dignissimas censeo quae cum reliquis lucem aspiciant. Actum Antuerpiae 26. Augusti 1649.

GVILIELMVS BOLOGNINO
S.T.L. Can. & Lib. Censor
Antuerpiensis.

HQ.

HOMILIA PRIMA. DE EXCELLENTIA AC DIGNITATE SS. SACRAMENTI.

Caro mea vere est cibus, & sanguis meus verè est potus. Ioan. 6.



Anta est tamque excel-
lens, quam expetitur, SS.
huius Altaris Sacramenti
dignitas, ut nullus creatus
intellectus eius vel mini-
mum possit apicem com-
prehendere: quia præter-
quam quod in eodem quo-
rum mysteriorum fidei nostræ ratio inueniatur
vniuersalis: de quibus disputat D. Thomas,
et in ea. probatque in eo illorum consistere dignitatem,
quod adiuuat naturalis cognitionis, exced-
ant: solumque de illis hoc sciamus, quod res
constineant oculis creati intellectus inuisibiles,
cum in proprijs & connaturalibus relinquendo
limitibus: iuxta illud Apostoli Pauli dictum. Sa-
pientiam loquimur inter perfectos: sapientiam vero
non hominū seculi, neque Principum huius seculi: sed
loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscon-
dita est. Operum diuinæ sapientie cognitio in-
tellectui non seruat abiecto creaturarum ra-
tionabilium & intellectualium: licet ipsos Ange-
los, imò inter ipsos supremum comprehendimus
Seraphinum tantum in ipsis attendendo
naturalis medijs limites: sed intellectui tantum
diuinâ luce gratiæ illustrato. Inter perfectos.
Nec enim est yllis ordinis creaturarum sapien-
tia: earum quippe principales longe distant
ab hac cognitione, atque infinitè spherâ earum
superant adiuuat: sed sapientia est sub clavi
profundorum Sacramentorum abscondita. Lo-
quimur Dei sapientiam in mysterio, fugitque na-
turalis aciem cognitionis. Quæ abscondita est.
Quibus verbis Apostolus declarat nostræ fidei
mysteriorum excellentiam ac dignitatem in eo
consistere, quod semper naturale lumen ocu-
lorum nostri intellectus lateant fugiantque
cognitionem.

Porro etiam in hoc venerabili Sacramento
ratio aliqua particularis aperitur, atque aliâ cæ-

terorum mysteriorum multò superior: quia sin-
gulari titulo vocatur *mysterium fidei*: quo cogi-
mur in illo talem reuereri præcellentiam, quæ
naturalem omnem vincat cognitionem: eaque
nostra possibilis cognitio est: qua fatemur in-
genij nostri lumen nimis obscurum, quo tantam
eius percipiat excellentiam: nisi diuinâ gratiâ
virtutem eius viderique corroboret, qua supremo
illo fruamur bono, quod nobis Deus in hoc su-
premo Sacramento dignatus est impertiri.
Quocirca quicumque voluerit vterius hoc in
iunere progredi, & eius abscondita diligentius
perferuari: sibi persuadeat se posse satisfacere
desiderijs, si ad diuinæ gratiæ recurrat
aquæductum: eius etenim suffragio lucem ob-
tinebit, quo magnitudinem intelliget, ad quam
propria non potuit accedere exiguitas: ut quis
enim intelligat, quod in buccella panis (nâ in ip-
sa tantum sunt eius species & accidentia) lateat
sitque substantia corporis Christi, eius anima,
diuinitas & omnipotentia: quodque sub modico
vino transubstantiato in eius sanguinem, tota
sit substantia SS. eius corporis. eadem coheren-
tiâ & vnione animæ ipsius, diuinitatis, atque di-
uinorum attributorum; ut inquam quis hæc ca-
piat, fieri nequit, nisi diuinæ omnipotentie vir-
tute confortetur, quæ hoc potuit mysterium ope-
rari: est autem eius gratiæ virtus misericordia.

Scriptum legimus in L. Iud. facinus ex quo
Samson elicit ænigma Philisthæis ita tenebro-
sum, vt hoc illis proposito solutionem eius sibi
iudicarent impossibilem. Fortem ferumque occi-
dit leonem Samson, eumque interfectum & dis-
cerptum in terrâ deseruit, in cuius ore postmodum
examen reledit apum, ac dulcissimos in eo con-
fecit mellis fauos: cuius historiam sub hoc pro-
blemate Philisthæis enucleandam proposuit. De
comedente exiit cibus, & de forti egressa est dulce-
do. Torquebantur non parum Philisthæi vt
problema propositum exponerent: & quamvis
sum-

I.

II.
Vnde ne-
cessaria
est diui-
næ gra-
tiæ & fi-
dei lux.

III.
Allegoria
de ænig-
mate
Samso-
nis.
Iud. 14.
14.

A

summam adherent diligentiam omnemque
 moterent lapidem: eos tamen semper ænigma-
 tis vicit difficultas, & intricavit obscuritas. Ut
 autem homo ex naturali desiderio secreta conat-
 ur intelligere, media quærit illa capiendi, atque
 inter alia vnum Philisthai repererunt: quo na-
 ti sunt, quod per se ipsos adipisci non poterant,
 nec vnquam potuissent; vti nempe sunt bene-
 uolentia chausimæ illi Dalila: ad illam igitur
 accesserunt pleni fiducia: cum enim esset illi
 dilectissima, non poterat non nosse eius abditis-
 sima secreta? quod si precibus eorum annueret,
 euentus votis responderet optatissimus. Nec va-
 na spes: etenim Dalila problema illis aperuit
 nodumque soluit: quo factum est vti huius histo-
 riæ plenam acceperint, perfectamque noticiam.

IV.
 Appro-
 priatur
 V. Sacra-
 mento.

Propriam hic video & suspicio præsentis my-
 sterij historiam: in quo nobis suprema huius
 Sacramenti reuelatur excellentiâ totamque su-
 perat naturalis nostræ cognitionis actiuitatem:
 cum ita sit in totâ naturâ creatâ nullum me-
 dium nullamque reperiri potentiam, qua digni-
 tatem huius Sacramenti pro dignitate cognoscamus.
 In ore leonis Christi Domini: *Leo de tribus
 Iuda*; siquidem non mortui, sed mortui suæ val-
 dè vicini: *Am e diem festum Pasche*, in quo mor-
 tuus est, examen apum diuinorum verborum
 suorum, quæ quidquid dicebant, efficiebant, di-
 uinum composuit sanum, mellis dulcissimi SS.
 intellectu Sacramentum, hoc diuinâ suâ instituentis
 omnipotentia, quam diuini sui verbi declarat ef-
 ficacitatem: *Hoc est corpus meum: hic est calix sangui-
 nis mei*. Quia sicut Sacramentum non tantum
 subsistere debet in rebus materialibus, in qui-
 bus influeretur, sed in verbis quæ institutio-
 nem illius concluderent, verba hæc, fuerunt
 Christi verba: quæ velut apes, quæ floribus con-
 ceptum sui intellectus nutritur, celestem
 hunc sanum composuerunt: cuius historiam nobis
 exarat D. Ioannes sub ænigmate verborum
 quæ proposuimus: *Caro mea verè est esca: & san-
 guis meus verè est potus*.

Ioan. 13. x.

Problema est hoc adeo profundum, vt quan-
 tumcumque nobis dicatur, & quantalibet labo-
 remus diligentia qua capiamus illud & declare-
 mus, nulla tamen est in toto ordine creaturarum
 potentia quæ eo vsque pertingat, subtilissimum
 licet hominum insudet ingenium, & intellectus
 supremorum Seraphim intelligat: si namque ei-
 us expositio virtuti eorum relinquatur naturali:
 nequaquam poterunt illud comprehendere: om-
 nesque creaturæ se profu durati atque excellentiæ
 huius submitunt mysterij, in quantum non ope-

teret in illis virtus gratiæ Dei: ad quam simi-
 tor nullus est in omni creaturâ motus, si Deus
 ad illam nos minime disponat: ita testatur Apo-
 stolus: *Non quod sufficientes simus cogitare aliquid
 quod ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra
 ex Deo est*. Hæc omnia à Deo debent provenire:
 nec enim seclulo eius fauo e illud capientes.
 Quis ergo consilij? recurramus ad charissimum
 illi cælorum Reginam Mariam Virginem: quæ
 velut trichinium diuinorum eius secretorum, &
 thesaurorum gratiarum eius œconomia, illum
 nobis poterit impetrare: vt eius auxilio huius
 ænigmatis eminentiam capiamus, & venerabilis
 huius Eucharistiæ noscimus dignitatem, atque
 altissimi huius mysterij penetremus profun-
 ditatem: nec ipsa nobis deest, si modo salutaritatem
 illi dedicemus Angelicam: *Ave Maria*.

*S. Ex hoc aliquid ex dignitate atque ex-
 cellentiâ huius SS. Sacramenti capiamus:
 necessarium nobis est lumen super-
 naturale fidei.*

D. Iulius Ambrosius de cuius doctrina sol-
 ditate atque securitate tale dicit Dicitur
 Hieronymus suffragium, vt eâ de causa dicitur.
 Præfulem huic columbam vocet firmillimam: cuius
 expendit viginti duobus tractatibus super Psalmi. 118.
 & cum illo D. Aug. triginta duobus sermone. 1.
 nius, huius Psalmi prærogatiua: *Beati immo D. An-
 thony*, sic omni creato intellectu spectantes, si- & D.
 cut hoc nobis ipse Propheta Regius inhausa, in psalmi
 toto discursu declarat. *Quando videretur, (sa D. 118.
 Aug.) aperitur, tanto magis profundior videretur,
 ita ut quam sit profundior demonstrari non possit.*
 Fateor quod tanto quanto amplius huius Psalmi
 petendo dignitatem, eiusque frequentius evolv-
 vo mysteria, sic eius excellentia mihi videtur
 omnino creaturarum excedere capacitatem. Vt
 quantumvis veloci procedat intelligentiâ, nun-
 quam tamen ad eius pertinget celestium, vt
 certo queat exponere, quæ sit celestium eius
 Sacramentorum excellentia. *Mirabilia testimonia
 tua*. Sunt ô Domine diuina tua iudicia, eorum-
 que modi ita admirandi, & quæ in stupo-
 rem rapiant ea considerantes, vt etiam inge-
 nium supremorum Seraphim maxime licet illu-
 minatum cæterisq; superius ea nequeat compo-
 hendere. *Mirabilia*.

Cardinalis noster Caieta, exponens vim ver-
 bi Hebraici, ait idem esse ac si dixisset: *Iudicia luculentis
 tua Domine ab omnibus tuis separata sunt: crea-
 turæ sunt Dei*

intus vnde sic legitur. *Separata est simonia*. Nullam
 enim ostendens in tota natura tantum intellectus
 altitatem; quae acumine cognitionis suae ad
 maiorem possit supremam diuinorum iudiciorum
 altitudinis partem pertingere: quia vero adeo
 profunda sunt atque sublimia, ab omni creato
 intellectu procul sunt separata. Hoc spectare vo-
 luit Apostolus, quando in contemplationem ra-
 ptus excellentiam horum iudiciorum, meditationis
 suae voluit excellentiam veris admirandis plane &
 dilectis exponere: *O altitudo diuinarum sapien-
 tia & scientia Dei: quam incomprehensibilia sunt
 iudicia eius & inuestigabiles via eius!* Solis ad-
 mirationis verbis aperit Apostolus pectus suam
 quod mysteris repletum gerit ex contempla-
 tione iudiciorum Dei: quia cognoscit eorum al-
 titudinem veris vt decet non posse declarari. *O
 altitudo diuinarum Dei!* q. d. quia namque se-
 parata sunt a creati intellectus hebetudine, nul-
 lus altitudinis eius & excellentiae potest formare
 conceptum, nec verba depromere quibus eum ex-
 primat, sed in sola consili: admiratione stupe-
 factus: quatenus ex illa eius perspecta sit cunctis
 excellentia: quod optime declarauit D. Augu-
 stinus: *Mentis humana aetas in tam valida & ex-
 cellenti luce non figitur, nisi per iustitiam fidei
 emouetur*. Hoc autem vt certum habemus, quod
 si velimus intelligere, & aliqualem iudiciorum
 Dei habere notitiam, fieri debet subsidio auctori-
 tatis diuinae, quae eorum testatur veritatem: ne-
 cesse quoque est vt omnis procul ablit confidentia,
 qua sibi fideret creatus intellectus in efficaciam &
 hebetudine cognitionis suae naturali, illamq; stan-
 tiam habere potest vt delegat illa lumine fidei col-
 lustratus, quod purificat, & a foridibus extollit lu-
 men naturale rationis: quia ipsa sibi relicta, de-
 bilis nimis est, nec altitudinem eius valet pertri-
 nuari: quocirca non praevoleat, sed subsequatur,
 quatenus pedem proferat ducta fidei lumine: qua
 potest hanc mysteria comprehendere.

¶ Vt Moyses supremo illo inuenitur bono, cuius
 solum Deus participem redderebat in interioribus
 desertis; vtque abscondita & secretiora montis
 penetraret, in quo mirandam illam contempla-
 ta est visionem, qua rubus ardebat sed ab igne
 incombusus: inuixit illi Dominus: *Solue cal-
 ceamentum de pedibus tuis*: nec enim calceamen-
 torum vilitas, quae per terram reptat, altitudini
 & dignitati tanti conuenit Sacramenti, quan-
 tum illi Deus in mystica illa visione reuelabat:
 nam etiam illi declaraturus quantum haec aberat
 a naturali intellectu creati cognitione. eam illi
 tollit: nisi in loco secreto & abscondito montis

manifestare. *Ad interiora descendi*: per hoc signifi-
 cans, quod ad fructum scientiae mysticorum
 iudiciorum Dei, quae illi in hac visione expos-
 bar, cuius profunditatem optime signabat locus
 ille montis absconditus & separatus, vbi illum
 horum manifestatione dignabatur, non corre-
 sponderet vilitas praesumptionis & arrogantiae
 humani intellectus, sicut enim calceamenta pe-
 dum animae.

¶ Vt enim eleganter dixit D. Augustinus, pes
 vultus animae est intellectus: sicut enim corpus
 pedibus incedit corporalibus, ita similiter anima
 suos habet, quibus progreditur pedes, intelle-
 ctum scilicet & voluntatem. O qualiter his pe-
 dibus proficiscitur, modo ad cognitionem tendit
 rerum maxime distantium: modo ad contem-
 plationem bonorum & diuinarum, quibus hic
 terra non habet magis separatas, vt opes sunt In-
 diarum: modo ad bonorum caelestium medita-
 tionem: iam terrena desiderando, iam affectu
 caelestibus inhiando. Hi sunt ergo pedes quibus
 progreditur: voluntas & intellectus. Calcea-
 menta alterius pedis, nempe intellectus, sunt
 peripicacia & acumen naturale, quo se ad pro-
 grediendum adornat & praeparat: sicut calcea-
 menta pedum corporalium illos adornant & praeparant,
 quo iter suum commodius perficiant.

¶ Requiritur igitur ad ingressum in interiora
 montis cognitionis iudiciorum Dei, foris haec cal-
 ceamenta remaneant: exuat homo fiduciam qua
 adunitati & naturali intellectus sui fidit acumi-
 ni, res etenim est abiecta nimis, & calceamenta
 hae terrae nimis appropinquat: eorum etenim
 potentiae sphaera non ultra se quam ad creatu-
 ras extendit, quae terrenae sunt & abiecta: si ca-
 lestibus diuinisque comparantur: vt autem ten-
 datur ad eorum quantumlibet cognitionem, cum
 adeo sint sublimia & excelsa, vilitas horum non
 quadra calceamentorum, foris remaneant, &
 omne illius fulcrum sit lumen fidei supernatura-
 le & diuinum, in reuelatione quam Deus de suis
 aperit mysterijs. *Non appropriet huc*, ait Dominus
 ad Moysen: *Solue calceamentum de pedibus
 tuis: locus enim in quo stat terra sanctus est*, q. d.
 Aduerte quod in loco vbi consistis, quod-
 que tibi in eo manifestatur, non sit quidquam de
 terra abiectum & vile, noueris quod omnis sit
 creatura superioris: etenim locus est in quo Deus
 singulari sua praesens adest assistentia, & super-
 naturalia diuinaque mysteria in illo tibi manife-
 stantur: quod si huc velis accedere, eaque intel-
 ligere: necesse est vt primo *soluas calceamenta de
 pedibus tuis*: q. d. illi: creatus intellectus iure

IV.
 A legoria
 de solu-
 tione
 calcea-
 mento-
 rum Moy-
 si.

IV.
 Signifi-
 cat haec
 iuris cel-
 stionem.



gaudet omnem cognoscendi veritatem, quia obiectum quod illum specificat, omnem complectitur veritatem, nec supernaturalem seu diuinam excludo: vt enim docet Theologus, qui verius iudicat: si veritas ad intellectum non pertineret, non eum Deus ad illius extolleret cognitionem: nulla quippe potentia in suis actibus obiecti sui quod exeret limites transgreditur aut excedit: porro vt huc accedas, praecipit Deus, renuncian- dum tibi est huic iuri, & intellectus tuus virtu- ti tantum fidei supernaturalis innitatur, quae tibi haec reuelat, hanc etenim collustrat ad illorum poteris peruenire cognitionem.

V. Hanc explicationem duo confirmant loci S. Scripturae: primus est ex veteri Testamento, secundus ex nouo: ex veteri sumitur ille de I. Ruth. Hic erat mos antiquus in Israel, ut si quan- do alter alteri suo iuri cedebat, vt esset firma con- cesso, soluabat homo calceamentum suum. Ex nouo Testamento fit ille apud Diuum Ioannem ubi refert Euangelista: dum enim Iudaei & vr- bis Hierusalem retores proficiscentur ad Ior- danem ex totius Reipublicae nomine dignitatem ei Messiae oblaturi: hoc egit gloriosus ille Chri- sti prodromus, quo iuri renunciat illi: quod ipsi sua legatione ei deferebant: dixit enim: Non sum dignus ut soluam eius corrigiam calceamenti.

q. d. Solus Christus pleno iure ad hanc gaudet dignitatem: ipse etenim verus est Messias, cui- que soli haec de iure debetur adoptio: nec il i hoc ego possum ius adimere. Itaque calceamentorum depositio iuris designabat renunciationem, quo quis ad rem aliquam fruebatur. Hoc supposito, dum Deus Moysi praecipit, vt calceamenta extir- at ad tubum in quo erat, accessurus, innuit quod ad locum illum accessurus, & mysteria contem- platurus in illa visione declaranda deberet iuri renunciare quod intellectus eius possidebat se- cundum naturalem virtutem ad veritatem eius cognitionem quae sub illa figura illi manifestaba- tur: & postquam huic cessisset iuri, & luminis naturalis intellectus creati subsidio, supernaturali tantum innixus fidei quod illi proponebatur tunc ad eius cognitionem illi liberi pateret accessus.

VI. In venerabili Eucharistia praefens adest Deus ac vera diuinitatis suae praesentia in illo Christi corpore, sub illis latente speciebus: vbi Deus eramenti mysteriorum suorum exponit altitudinem: Mem- oriam feci mirabilium suorum. Si mens tua sit co-

accedere, iuri tuae cognitionis naturalis praei- nuncia, exue calceamenta, solum abijce virtu- tis naturalis, quae tuus pollet intellectus, & ac- cede virtuti innixus fidei supernaturalis testi- monij Christi Salvatoris tibi assistentis: Caro mea verè est cibus: hoc namque aeternum sac- ro, & reiecto illo virtutis nat- ralis intellectus, quod sub illis speciebus Deus sit mirabilium suorum patet inimitabilis: quatenus in illo haec mirabilia cognoscas: cum etenim sint reuelata diuina ejusque lumen, intellectus noster quid- quid diuini est & caeleste consequitur quia huius diuinae subleuans est excellentia, & est pro- portione assurgit, qua per ipsum supernaturalia diuinaque comprehendat, atque in illis omnibus abscondita Dei cognoscat mysteria: lumen enim illo fidei, ipsa intellectus creati humilitas detegit abscondita illa diuini peccatoris acaua, & mysteriorum eius notitiam consequitur clariorum. fit sicut inter omnia fidei nostrae mysteria superre- cellit hoc SS. Sacramenti arcanum: nam in paulo ante diximus, hoc nomine decoratur: My- sterium fidei: cum sit in quo Deus voluit cuncta sua mirabilia opera & inuentiones diuinae suo- dicio proprias compleri: Memoriam feci mirabilium suorum misericors & misericor Dominus: quia dedit sumentibus se: idcirco in ipso magis quam in aliis necessarium nobis est ad eius cogniti- onem lumen fidei, & primae veritatis inextinguibile auctoritas, quae nobis hoc confirmet & Testimo- nium Christi quo nullum secutus: qui nobis hoc proprio ore asseueret, dicens: Caro mea verè est cibus: Et sanguis meus verè est potus: Si namque in omnibus mysterijs & iudicijs Dei, ob eorum excellentiam tota natura superiorum operis nobis lumine fidei, quo illa plenius intelligantur: hoc in quo illa omnia comprehenduntur, non- minorem ex sua profunditate habebit dignita- tem: quinimo ceteris omnibus multo cuncto- riorum: argumentum hoc cuius est, quo nobis constat, quanto maiori indigeamus libeli- mine ad illius cognitionem.

§. 2. Praefigurata fuit SS. Sacramenti dignitas in admirabili illa Alapha visionis, qua rubus videbatur ardere sed incombustus.

brof. huic infiftens argumento, & verfum huic exponens ait: *Audiamus extra civitatem.* Audire & Deum cognofcere per auditum fiat oportet extra civitatem illam Dei, non in gloria, nec enim ea fides quæ obfcuram involuit cognitionem, ingreditur: *Vidimus in civitate, cui Deus est lumen æternum.* Videre Deum, eoque per claram frui vifionem illi fervatur civitati, ubi Deus fol est in æternam eam illuminans: fed vifionem hæc necesse est vt præceat, eiusdem per fidem cognitio. Primo igitur homo præparetur per fidem, quia in ordine ad Dei cognitionem, auditus primum obtinet locum, illi primo attendendum est quid nobis proponat, ac deinde fequendum quod nobis vifus offendit. Ita docet animam Dauid: *Audifilia & vide.* Placet audire B. Fulgentii ordinem nobis indicantem à Dauide propofitum: primum locum assignantem fidei: *Ecclefia dicitur audifilia & vide: quia ifte est in homine ordo divinae refectionis ac remanentionis, vt nunc in* *Stificatus credas, quod tunc glorificatus accipies.* Ad hunc ordinem accedit qui redemptionem custodit Chrifti Domini in Ecclefia, quod in statu iustificationis, fcilicet hic in Ecclefia militante, tantum id credendum fit, quod in statu glorificationis, fcilicet in Ecclefia triumphante in gloria per claram capitur vifionem. Imo quantum Lepio, Spiritus S. huic fauet argumento, quando fermonem inferens de ornatu fponfæ suæ, militantis Ecclefia: personam exprimentis, ait, sibi maxime placere murenulas & quidem aureas, quas illi spondet se daturum: *Murenulas aureas faciemus tibi vermikulatas argento: quibus perfectio h. lei virtutis Theologie declaratur.* Dicit Bernardus explicatis verbis præfati psalms, de quibus dixit quod Propheta præponens auditum vifui, figuræ voluerit quod Deus claram sui vifionem concedat, & præmissa sui per fidem cognitione, adducit expositionem ornamenti murenularum fponfæ, acque in illa hæc omnia quæ dicimus profequitur: *Dicit consolari fponfam, quod donec perveniat ad vifionem, cuius sic flagrat defiderio: facturi sunt illi murenulas pulchras, & pretiofas, quæ sunt aurium ornamenta. Vt certum tibi perfuadet D. Bern. quod non voluerit dicere Spiritus S. à fponfa fabricandas illi murenulas, si namque hoc foret, non diceret, *Faciamus, sed faciam:* Verum à socijs suis illas faciendas, illi sunt de quibus ait: *Facturi sunt illi murenulas;* nec hoc vacat mysterio, & quod illud: Cum loquatur de ornamento Ecclefia: per fidem, quæ communicatur illi per divinam refectionem toti illi factam, non per Deum immue-*

diare, sed per Prophetas sanctos, Apostolos, Romanum Pontificem, & à SS. Doctoribus expofiti; idcirco notat quod murenulas aurium fponfæ fponfus non effet facturus, sed eius comites, SS. Doctores, qui vt fideles, & mēbra Ecclefia: agunt cum illa familiariter velut individui socij & cōmentales. Et rationem allegans cur per hoc illam consolentur, quod murenularum promittant illi ornamentum, addit D. Bernard, *Atque hoc propterea vt opinor, quia fides ex auditu, & quamdiu per fidem ambulatur, & non per speciem, danda opera potius instruendo auditui quam vifui exercendo.* Cum fides intret per auditum, idcirco ait, ornamentum eius tale futurum, quomodo enim &c. His consequenter hæc addit, *Tu, o fponfa intuenti dilecti in hinc claritati, sed hoc alterius temporis est, namus autem in presentiarum ornamenta auribus tuis, & eris preparatio ad hoc ipsum, quod postulat. O fponfa sanctissima, quandoquidem ferventia tua desideria aspirant optentque vifionem fponfi tui clarissimam, hoc noueris hanc claram eius vifionem, statum nequaquam concepero viatorum & peregrinantium in quo vivis, hæc enim alteri fervatur temporis scilicet æternitati, quando toto illo tempore illo frueris ineffabili illa vifione qua se tibi vniet per lumen gloria: nunc autem tantum tibi concedit ornatum aurium, sui nimirum cognitionem per fidem: hæc enim per auditum ingreditur: eritque hoc ornamentum securissima preparatio qua gaudeas optatis: cuius hanc subiungit rationem: *Quia gradus est auditus ad vifum, proinde audi & inclina aurem tuam ornamentum, quæ tibi fecimus vt per auditum obedientiam ad gloriam pervenias vifionis.* Gradus quo ad beatificam ascenditur Dei vifionem, auditus est: hic etenim à divino verbo instructus, regit & dirigit iter nostrum ad illam: proinde inclina aurem tuam ad Deum tibi in hoc SS. Sacramento loquentem: etenim ornamento & compositione fidei per auditum & obedientiam, & intellectum tuum fidei subiungendo, ad gloriam pervenies clarissimæ vifionis.*

6. 15. *Torrentem intellectus nostri cobibet, subjiciens illum fidei, veritas huius mysterij per Christi verba confirmata.*

Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Primum cui innotendum est, 1. veritas est Catholica huius SS. Sacramenti: Christus etenim vt prima & infallibilis veritas Catholice



ca primū est fūdamētum.

tas illud nobis postposita omni incertitudine & errore certificat: nimirum quod in illo sit realiter & vere SS. suum corpus, pretiosissimus sanguis, anima & diuinitas: vt autem omne nobis amoueat dubium, ait: *Verē*. Non ait, quod viso pane in sua natura, sic caro eius verus eius cibus, nec pretiosus eius sanguis verum viuum nobis ad portum, sed quantum ad effectum, ineffabile hoc Sacramentum idem eliciat, quod panis & eibus: quia ille vitam sustentat corporalem, SS. autem Sacramentum alimentum est vitæ gratiæ, ad eum modum quo Christus se nuncupat vitem: *Ego sum vitis* veram non quod Christus vitis sit per naturam & speciem, sed eo quod idem opereatur quod vitis: hæc etenim palmites nutrit atque in ea manentes viuunt & crescunt, quod idem non minus proprie facit Christus in ordine ad fideles suos, qui sunt huius vineæ palmites: nam gratiarum suarum influentijs illos sustentat, & incorporati Christo, velut membra eius viuunt & crescunt in sanctitate, meritorum augmentis, omnisque virtutis incrementis. Ita similiter diuinum hoc Sacramentum vocat verum cibum, & verum panem: non quod realis verusque sit panis: quinimo totus transubstantiatus est in corpus Christi, nec eius remanent nisi sola accidentia sine subiecto: prout fultus exponit D. Thom. sed dicitur verē panis quia vere sustentat in vita gratiæ sicut panis in naturali. Quia vt diuine dixit D. Thom. *Sicut corporalis vita materiali alimento indiget, non solum ad quantitatis augmentum sed etiam ad naturam corporis sustentandam, ne propter resolutiones continuas dissoluatur, & eius virtus deperat, ita necessarium fuit in spiritali vita spirituale alimentum habere quo regenerati in virtutibus conferuuntur & crescant.* Rationem autem huius annectit. *Quia spiritalis effectus sub similitudine visibilium congruum fuit nobis tradi.* Verba sunt hæc præclarissima, magnique ponderis, quæ alio loco latius explicabimus.

IOAN. 15. 1.

II. Christi dicitur vere cibus.

3. p. 975. 76. A. p. con. gentes c. 61.

III. Christi verbo acquiescentiam.

Hoc igitur collocato principio, in quo nobis Redemptor noster asserit quod intendit, nos scilicet in illo certos reddere, volatumque intellectus nostri cohibere, ne velut stupidus & hebes velut senutari, sed simplex obediat subiactaque se verbo illius. cum maiorem in illo posset habere certitudinem, quam in propria suæ cognitionis euidentiâ. Quia omni vero verius sibi persuadet, quod Deus nos nequeat fallere, quia infinite bonus, nec ipse falli possit, quia infinite sapiens; & cum ille nobis hoc asseueret, vt pote prima veritas reuelas quid superest nisi vt diuino

eius verbo intellectum nostrum redigamus in captiuitatem? Ita celeriter volat intellectus, vt nihil sit quod illum euadat, currit: discursus & volat modo ad calos vsque, nec ibi sistit donec ad ipsum Deum perueniat; nam cognoscere Deum esse naturalibus hoc viribus potest comprehendere: nam & ipsi Gentiles hoc intellexerunt, quandoquidem vt probat D. Aug. quantumlibet barbari fuerint, cognouerunt quam rectissimè illis essent Dij, quamvis in assequendo vero Deo à veritate delirarent) modo descendit vsque ad abyssos, atque in eius centro loca penetra obscuriora: cum & ipsi Gentiles intellexerint ipso latere infernum cui titulum asserpserunt Lithum stium, cui prælerunt nauclerum Acharontem, quem fixerunt lembo suo animas transtuehere; modo ipsas accendit Iulias, iam in nostro occupatur hemispherio: tam locum illum inuenio ad quem humanus intellectus suo volatu non perueniat. Summa est hæc profecto velocitas: illam cognoscebat Christus, & licet per illam excitatus erat altissimos diffinitum montes circa diuinum hoc Sacramentum, & quam difficulter hæc nostros duccrem vitæ vitamque intellectus: nam quidquid ratione sua non comprehendunt, reijciunt pondus illi vitæ apponere quo cohibeatur intellectus, & frantum quo in cursu sui velocitate reprimatur, omniaque cuiusmodi inquirere quod ratione vel discursu nequit comprehendere, naturalibus suis habitibus vitibus: vt enim impossibile illi est ad eos accedere terminos ordinem nature superantes, atque huius mysterij dignitas eam excellit longèque præcurrit, opus est vt in inquisitione omnino confundatur; ad hoc obedientia introducitur fidei qua captiuetur; ita namque loquitur Apost. *Captiuantes intellectum in obsequium fidei;* subiecto rationis verbo Christi, verissime nobis hoc asserent; taliter enim comprehendet intellectus magnitudinis eius perfectiorem, eiusque veritati acquiescentem, naturalis eius situitatis cessabit commotio, quando per seipsum hoc minime potest intelligere.

Deus sit mihi propitius; quam turbulentum est mare, nunquam a feruore suo quiescit iam nubibus minatur iam abyssos petuad. *Asperit vsque ad calos, & descendit vsque ad abyssos, iam inflatis vdis suis petrenpere posse direcis omnino sibi contrarium, terramque illis demerserunt, nihilominus ad terræ litus appulsum hic Iuanis ter si dicitur eius mitefunt & deserteferunt. Quis huius auctor? Quis hanc sedant inquietudinem & commotiones temperant? Quis vitibus adco-*

potens? Vnicum Dei verbum; vnicum p[ro]cep-
 tum, hoc coactatum ultra non progreditur; *Hic
 v[er]bum venit & non procedit amplius;* quasi v[er]bi
 bus feris que conelulum verbi sui cohibuit illud
 9. omnipotentia; *Terminum posuisti eis, quem non
 transgredientur, neque conuertentur operatio terram.*
 Ne timueris quod terminos a Deo sibi positos
 sit transgressurum. Intellectus nostre mare est
 inquietissimum, nunquam silit, caelos ascendit,
 eorumque metitur motus; planetarum influxus,
 disputat de efficacia & magnitudine stellarum,
 praedicat eclipses, imo totam eorum describit cir-
 cumvolutionem; ad abyssos descendit, agit de lo-
 cis subterraneis, in quibus generatur metallum,
 qua ratione sol radijs suis in intimis terrae venis
 producat aurum & argentum, teneat gemma-
 rum splendorem, quae velut thesaurus abscondi-
 tus viant ab oculis nostris elongat; productio-
 nem nobis ostendit herbarum, plantarum, ea-
 rumque fructuum, generationem docet anima-
 lium, currit, discunt, a secedit, & nunquam quies-
 cit; vt a se ad terram accedit firmam hic cap-
 titur velut repagulo conelusum; *Posui vestem
 & ostia.* Quam primum Dei verbum percipit, il-
 lo interit eius motus. Terram firmam dixerit
 SS. Sacramentum; ita David illud exposuit;
*Erit firmamentum in terram in summis mon-
 tibus.*

Alia litera habet: *Erit frumentum in terra;* quo
 denotatur quod id, quod in terra firmitatis seruit,
 ad quam stratus stupiditatis atque inquisitionis
 sine confringuntur hominum intellectus, esse de-
 beat panis, in illa existens, SS. nempe Sacramen-
 tum ita confirmatur ex translatione D. Hieron.
 quae habet: *Et erit memorabile triticum;* quod cum
 sit mirabilium Dei compendium, perseverabit in
 terra perpetua eorum omnium que memoria. *Me-
 moriam fecit mirabilium suorum.* Locum hunc li-
 teraliter exponit Doctor Incognitus: *Et erit fru-
 mentum, scilicet Sacramentum Eucharistia in terra
 in summis montibus;* quia Episcopi & Sacerdotes, qui
 sunt in Ecclesia Dei quasi montes, super capita sua
 situant hoc Sacramentum. Erit igitur in terra SS.
 Sacramentum, in quo velut in eius firmamento,
 in terra firma, mare humani intellectus suas
 confringat disputationes; vbi omnis adinitas motus
 eius velocissimi consistat, nec habeat quod ultra
 progrediatur; nam praeierit verba Redemptoris no-
 stri, nobis asserentis hie esse pretiosum suum cor-
 poris, suumque sanguinem; non opus est, vt natu-
 ralis illius discursus curiosus inquirat, sed diui-
 no se submitat verbo, sicut inflatae confringuntur
 vnde Deo hoc illis praecipiente, ad firmam litte-

ris stationem. Et quando ratio naturalis progrea-
 ditur ac volat altius rationem inuestigatur a quo-
 modo possit in exiguo illo loco comprehendi
 magnitudo Dei & immensitas, quaeque natu-
 rale eorum accidentium specierum Sacramen-
 tum subiectum, se continet, sicutque submit-
 articulo omnipotentiae Dei, cui haec mirabilia
 non contradicant; nam cum Sacramentum sit a
 deo mirabile, haec in illo manifestentur oportet,
 & vt exiguum nimis intellectus nostri acumen
 esse delectetur, quo tanta comprehendat mylle-
 ria, quo cogimur totaliter Dei verbo submittere,
 nobis hoc affirmanti, ingenium maxime versa-
 tum in naturali cognitione creaturarum, nam si-
 cut limites earum omnium illius excedit magni-
 tudo, non potest ad eius intelligentiam aspirare
 exigui nostri acuminis capacitas, nisi fulero ad-
 iuta principij supernaturalis fidei diuinae nobis
 hoc asserentis.

§. 16. In SS. Altaris Sacramento con-
 trahat alas suas humanus intellectus
 eo plane modo quo Sancta animalia
 Ezechielis suas demiserunt ad vocem
 desuper fundamentum.

VT valde celebrem explicant SS. PP. visio-
 nem Ezechielis in exordio Prophetiae suae,
 in qua, ipso teste, Deus illi gloriam suam
 reuelauit. Vidit quatuor animalia valde admiranda,
 alas vt lucra praegrandibus, quibus volabant,
 eosque petententes lumino strepitu sursum fere-
 bantur: *Et audiebam* (ita Vates) *sonum alarum quasi
 si sonum aquarum multarum, & quasi sublimis Dei,
 & cum ambularent quasi sonus erat multitudine
 vt sonus castrorum.* Quo significet qualiter ista
 sancta animalia alarum suarum sonitu perstite-
 rentia cognitionem praeserrent magnitudinis
 throni Dei toti mundo, vt nec populorum eius
 potentia, nec exercitus multitudo, nec diuitiarum
 amplitudo, volatus eorum virtutem excederet,
 nec in actione sua in ordine ad Deum vllum ab
 eis ferre possent impedimentum, cuius thronus
 in medio fulgens firmamenti capitibus eorum
 imminebat: *Et super firmamentum, quod erat in
 neni capiti eorum, quasi aspectus lapidis sapphiri.*
 Vt vidit autem, quod volarent, alasque suas con-
 cernerent, ait, quod audita voce de firmamento,
 alas suas contraherent, & quasi prostratas ad lo-
 quitum vocis, demitterent ac in consideratione vir-
 tutis eius, cum silentio & stupore eius celebra-
 bant omnipotentiam: *Nam cum fieret vox supra
 firma-*

VIII.
 Hic oportet vt
 intellectus hu-
 manus illos
 illudat.

18. Ezech. 1.
 Visto E-
 zechielis
 proponen-
 tur.



D. Hier. firmamentum, quod erat super caput eorum stabant & submiscebant alas suas. Nam ut ait D. Hieron. Vere tanta erat huius vocis fortitudo, ut nulla in eis esset qua illum sustinerent: Vocem enim Dei omnipotentis resonantem in caelestibus ferre non poterant, sed stabant & mirabantur, & silentio suo Dei omnipotentiam demonstrabant, qui sedebat super firmamentum. Visio hæc præclaris latet mysterijs, quæ alias exposuimus.

Tract. 5. §. 3. n. 76.

II.
Hæc animalia SS. Doctores designat. D. Grac.

D. Gregorius per hæc sancta animalia intelligit SS. Doctores qui Dei gloriam attenta mente contemplantes alas intellectus sui concutiunt, & lumine Dei celsitudinem cognoscentes, eam taçiti, & stupore perculli concelebant. Audiamus eius verba: Fortasse enim Doctores sunt, cum ceperint tacita mente cogitare, quæ si ineffabilis Dei sapientia, quæ mentes hominum sine strepitu verborum docet, deponunt alas suas, cum vox super firmamentum sit, id est humiliter in eo quod apprehendunt, cum superna conspiciunt, quæ ab eis comprehendi non possunt. Velut alati volant intellectus sui remigio alarum, illamque ineffabilem Dei sapientiam considerant, & quantumcumque de eius excellentia disputantes, iniucem sibi alas percutientes, ac argumentantes, & rationibus & discursibus velint veritatis eius magnitudinem explicare: Deponunt alas suas cum vox super firmamentum sit. Voci huic omnem volatus sui prosternunt efficaciam: submitunt enim actiuitatem, & resque rationum suarum, & vocis doctrinæ: Superat enim hæc quicquid de magnitudine gloriæ possunt intelligere. Ita D. Gregor. mirandam hanc explicat visionem: cui noui contradicit expositio eiusdem de SS. charis Sacramento, in cuius consideratione intellectus alas suas demittit, rationum suarum argumenta obedientiæ fidei captiua prosternens, quæ voci præbetur firmamenti, quæ eadem est quæ Christi nobis veritatem asserentis: Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus.

III.
Qui se fidei submittuunt.

Cognoscunt SS. Doctores dediti contemplationi resu caelestium maiestatem Diuini throni: in hoc namque SS. Sacramento suam ostentat omnipotentiam, sapientiam, amorem & misericordiam, cæteraque sua attributa, conspectaque lumine fidei tanta Dei maiestate, intellectus sui concutiunt alas volantes quo ad tantam gloriæ pertingere possunt eminentiam in ipso manifestatam: vere quippe dixero visionem ac cognitionem esse diuinæ gloriæ, quæ in hoc SS. Sacramento perficiuntur. Si namque thronus Dei sit ille in quo Deus residens diuina sua propalam facit attributa: hic vbi sub speciebus illis latet Sacramen-

IV.
Appropiant hæc visio SS. Sacramenti.

talibus, velut sub quibusdam contractis cortinæ, an non bene dixerimus thronum diuinæ maiestatis se maiestatis & gloriæ? Et si in ipsa, vbi se beatissimis communicat spiritibus, lumine gloriæ confortati beati illum intuentur claresque perficiuntur actu perfectæ claræque visionis: hic vbi Deus idem est, qui se iustus per lumen fidei communicat, quo colostrati certissime illum cognoscunt, numquid congruenter loquimur si dixerimus quod Deus hic in gloria sua resideat? Quod si in caelesti gloria, ut præmissimus omnia nostra fatientur desideria: quandoquidem bonitatem eius magnitudinem cum illiusque perfectæ maiestatis satisfaciat appetitui, licet capacitates quantam habeat infinitam: Satisabor cum appareret gloria tua, ita sibi promittebat David: cum ita sit, quod in hoc Sacramento recipiunt totum integroque throno tribuat Deum: In me manus & ego in se qui congloriam peidum est & epitome bonorum omnium. Et dicitur: Nam tibi omne bonum e. etenim iuxta quorundam interpretationem significat, quod in humanitate Christi propter ineffabilem vniouem cum Verbo Dei, quam Moysi spectandam exhibebat, communitur bona: vero verus est: cum ita sit corpus & sanguis Christi viuis in SS. Sacramento, & per concomitantiam eius beatissima anima, tota sit etiam humanitas, & per vniouem ad illam ipsa diuinitas, quod in ipso portatur anima omnium desideriorum suorum satietate, quam ab ipso recipit: & quod eo modo quo bona gloriæ vniouem nostrum satiant appetitum: ita & diuinum hoc Sacramento non minori nostrum explet plenitudine. Hæc nos monet ratio quæ cognoscant ipsum esse thronum gloriæ Dei, quem Ezechiel vidit super capita animalium, quæ per totam alas suas volabant ut ad illum accederent: quo designetur magnitudinis huius Sacramenti veritas, multo superior exigit cunctorum intellectuum efficacia, qui quantumuis alas suas percutiant & viti sancti diligenter aduigilent, qui possint illud cognoscere, & temper tamen illum habeant captiuitatibus suis imminetentem: Supra firmamentum quod erat super caput eorum.

Sacri Doctores, iusti & electi semper volant, ut & se mutuo alarum concussione prouocant, ac argumentorum rationibus studeant, eius specie ad tantam immensitatem: qui rationum suarum efficacia volant, velut alis diuinæ contemplationis, mysterioque huius ineffabile perfectissimæ: potio percepta huius voce desuper: Cum fuerit vox supra firmamentum, caput quod erat super capita eorum: id est Christo affluente diuino suo verbo, vere ibi esse ac residere corpus & sanguinem suum: Stabant & submit-

*feras alas suas: demittunt contrahantque alas suas: & cum ita sit quod prius strepitum excitarent, velut aquarum multarum, & maris aestuantis: quia disputationum suarum rationumque viribus veritatem curiosius inquirebant: nihilominus audita voce, cuncti se submittunt: Captiuantes intellectum in obsequium fidei. Quales non legimus inter D. Aug. & D. Hier. altercationes: inter D. Chrysostr. & D. Epiph. D. Thom. cum Magistro sententiarum: omnes intellectus sui conuertunt alas, illis sursum euolant: vna peruenit alteram, veritatem indagantes Catholicam, vt illum nobis exponant lucidam & cognitioni nostrae manifestam: & licet sonitu aquarum doctrinae, viderentur totum posse commouere mundum: in ipso tamen seruire disputati onum suarum, audita voce ex firmamento, voce scilicet Christi: Dominus firmamentum meum: omnes conuertunt, silent disputationes: etenim illo verbo ipsis asserente esse corpus suum & sanguinem, cibum & potum huius SS. Sacramenti: nullus de eius amplius veritate dubitat: sufficit enim ad intellectum nostrum in fide eius, quod Christus nobis hoc affirmet. Quod si olim discipuli Pythagorae, censuerunt sufficere solum Mag. sui verbum, vt intellectum suum perpetuo submitterent silentio, quo dicebatur: Magister dicit: nam eo audito omnes eorum conuertebant disputationes, & quiescebant intellectus, nulla opposita repugnantia ob quamcumque rationem: quanto magis decet nos nostrum Catholicae submittere veritati circa hoc SS. Sacramentum, dum audimus quod Christus Magister noster primaque veritas: Ego sum via, veritas & vita, qui fallere nequit aut falli, nobis hoc ita asserenter dicat, omnique doceat cettitudi-
ne. Caro mea vere est cibus?*

§. 17. In SS. Altaris Sacramento comparere debemus naturalis discursus velocitatem ob verbum Christi, nos mysterij huius docentis veritatem: cum illud vnicuius calor terramque firmare potuerit.

Tribuit nobis Deus intellectum, vt esset velut scrutator & examinatur eorum omnium quae nobis occurrunt, vt eo modo rationem sentimus & comprehendemus eorum quae cognoscimus, & finitque tanta hae efficacia apud veteres Philosophos: vt hoc proprium esse dicebant hominibus barbis & ignorantibus quilibet

sibi proposita credere, ad hoc nulla conuictis ratione: quocirca ille tantum inter ipsos nomen ferebat sapientis qui res ex principijs eius causisque cognoscebat: ita vt dando omnium rerum rationem, debeat intellectus nequaquam sistere, donec illas ad eorum principia causalque reduxerit: De Aristotele refertur, dum die quodam in manus eius liber Genesis incidere a Moysse conseriptus, cepit primam illam euoluere propositionem: *In principio creauit Deus calum & terram, & ultra progrediens sperabat hanc propositionem ratione confirmari, quia cum non reperiret, librum abdicauit in haec verba: Bene uisisset rusticus, si probaret. Itaque donec perueniat ad rationem eius quod proponitur, nullus est Eurus humano ingenio in inquirendo velocior. Et quamuis vt verum esse fateatur, hoc rebus naturalibus optime conueniat, in ordine ad quas incidere potest, vt nulla eum remo retur, siquidem cum nihil uetutis eius naturalis excedat efficaciam: licet in quibusdam natura sibi reseruaerit clauis secreti sui: naturalis, cum multa sint, quae quantumuis diligenter adlaboret, minime tamen ad eas possit peruenire, nec eorum effectum, qui in illis reperiuntur, rationem causalque cognoscere: ueritatem in diuinis & supernaturalibus, ad aliud spectantibus hemisphaeriu multo sublimius, ratio illi non potest vel minimum auxiliari: sicut enim in illis ordo inuenitur eius adiutate superior, nequit ad eius cognitionem efficaciam suam adferre naturalis: sed aliam uirtutem superiorem, qua in digeris proportionetur, eaque est fidei uirtus, quae illi lumine hae proponit medio Dei uerbo, hae illi confirmante: cui fidem adhibens, seque submittens, & non alter, illa cognoscat: *Si non crederetis, non permanebitis: & ita cessat omnis uelocitas in ratione inuestigante, propter uerbum hae illi proponens. Sicut autem superioritas, dignitas ac supernaturalitas diuinorum maxime emicat in SS. Sacramento in quo vt uidetur, totus se debet subijcere intellectus uerbo Dei, hoc illi proponens ita cessat hic inquisitionis eius uelocitas rationem indagans huius ueritatis: quia illam tantum potest adipisci, si simpliciter uerbis Christi consentiat hoc illi confirmantibus.**

Plane admittit argumentum propositum conueniens D. Chrysostr. quo demonstrat quam simpliciter & sine ulla disputatione recipiendum sit uerbum Dei supernaturalia nobis proponens mysteria, fideique nostrae diuinae articulos. Patet, inquit, debet ad seruo Domino suo obedientiam: unde supremo Domino suprema debetur obedientia, & quamnam oris hae: illa nimirum, quae nulli admittit

Gen. 1. 1.

II.

Sed et in

Ad super

III.

Ad super

IV.

Cui se

debet

subijcere.

re.

Hom. 2. in

Ep. ad Rom.

post med.

V. Ea obedientia servus Domino.

admittit disputationem, nullam contradictione: si namque contradictio repugnet obedientia: suprema obedientia nec hilum quidem paritur contradictionis. Hæc ea est quam servat intellectus omni rei: & disputatione, credens id quod fides docet. Et quamvis verum sit quod in omnibus eius mysteriorum Deus se supremum probet, quo nos ad supremam compellat obedientiam & subiectionem, nihilominus in nullo magis quam in SS. Sacramento supremum suum manifestat dominium: etenim D. Paulus illum considerans hoc instituentem Sacramentum, eo non obstant, quod ante Christi officio functus fuerat servus, illum nuncupat Dñm: Dominus Iesus, in qua no-

r. Cor. 11. 23.

VI. Idcirco Christus ad hac institutione dicitur Dominus.

te tradebatur. Quo significet, quod vt servi huius Domini supremam illi servare debeamus obedientiam, & subiectionem in hoc mysterio, quo ostentat palamque facit, quantum sit Dominus omnium: quandoquidem vt talis Supremo utatur dominio in creaturis suis, de substantia panis ac vini illud efficiens quod sibi comeniebat institutioni: vnde in ipso intellectus nullam aliam habet obligationem præter eam, quæ propria est seruo ad Dominum suum: nempe hanc, quæ omnem verbo eius præstat obedientiam, omne velocitatis suæ submittere efficaciam verbo Christi eiusque potentia: hoc illi proponentis & asseuerantis: nec enim pot. utius habes iudicium quod servus verum suum agnoscat dominum, quam si remota omni repugnantia præceptis illius obediatur: quocirca nullum habere possumus certius iudicium cognovimus huius SS. Mysteriorum, quam si perfecte nos ipsos fides verborum Christi submittamus: tunc enim eum clarius cognoscimus, quando illi firmiter crediderimus.

Psalm. 125. In ps. 125.

D. Basili. explanat verba illa Psalmistæ: Credidi propter quod locutus sum Non à te petivi. inquit hic, vt mysteria tibi à Deo propolita capias, nec illa intellectu tuo transmittas: vix vltimum enim fundum pelagus illud haberet, quod pedes adeo exigui transtularent: sed hoc tibi mādatur, vt simpliciter credas. In hoc immensam Dei cognoscimus bonitatem qua nobis hanc præstat misericordiam, dum maxima sua nobis mysteria communicat, & præclarissimum omnium, Sacramentum. Tantam eorum noveris esse dignitatē, vt ea nobis sit impossibile, dum hac luce fruimur, intelligere, essentque valde exigua, se ea nosset posset intellectus comprehendere: promptam à nobis exigat obedientiam, & integram Dei verbo-subiectionem qua credamus, non autem disputemus, non velimus tantam comprehendere celsitudinem: vnde hoc solum nobis præcipit vt sim-

VII. Vnde nõ capienda sed credenda sunt hæc mysteria.

pliciter credamus, non replicemus, non contradicamus: vt ita confirmatus constansque se intellectus nosset in cognitione huius mysterij: in quo mandat Deus vt pedem ligat fistatque creati velocitatis intellectus ob verbi certitudinem hoc affirmantis. Quod si Dei verbum perpetuo potuerit caelos fundare firmitate, non minus efficacis oportet vt sit, quo nostrum firmet intellectum in cognitione veritatis nobis in hoc propolita: nam quantumvis oculorum nostrorum lucem laetare, in illa tamen, possumus esse multo absque omni comparatione securiores, quam per illam quam oculi nostri in his visibilibus comprehendunt, siquidem nonnumquam vult Deus vt per certitudinem, quam de illis habemus, inferamus multo maiorem quam possumus colligere ex spiritualibus, visibilibus & supernaturalibus.

In illo paralytico, quem teste D. Marthæo, VIII. Redemptor noster in pedes erexit spectantibus dicitur & oblitentibus Pharisæis, clare potentia suæ virtutis proposuit testimonium, vt eorum ex toto commoveret quiesceret intellectus, eius potentia fides inter: tanta vigram adhibentes, qua pollebat ad remittenda peccata: ita vt ex eo quod oculatiter cognoscēbant, illos firmare voluerit in veritate spiritualis perestatis, quam in dubium revocant circa personam Christi quo circa dum illos cognoscit interius detrahentes, eo quod paralytico exisset: Remittuntur tibi peccata tua: vt illos in fide solidaret, quod potentiam haberet remittendi peccata: hoc format illis argumentum: Vt autem sciat quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, tunc ait paralyticis: surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Ex visibili miraculo curandi paralyticum ipsis assistentibus & eum mirantibus, illorum voluit confirmare intellectus in cognitione potestatis spiritualis, qua poterat peccata remittere. In SS. Sacramento tanta cernimus prodigia vt humanus intellectus eorum considerans eminentiam virtutis naturali relicti ac viribus: nullo modo possit quiescere sibi que sicut vile. Satisfacere etenim videre Dei magnitudinem totamque eius immensitatē tam exigua conclusam quantitate huius, quinimo & in minima eius particula, accidentia panis ac vini sine naturali suo subiecto, videtur quod in veritate conturbet moneatque tantū ratione naturalis eius discursus, vt se refragū ostendat, & valde inuente illud cognoscat eo modo quo à Christo credendum proponitur, quinimo quando Christus hoc proposuit, vt dicitur esse multi: confessi sunt auditorum: Dominus est hie sermo. Vt igitur intellectus in cognitione huius supernaturalis mysterij

scilicet posse confirmari ex verbo hoc sibi propo-
nentis eoque se firmum ac se certum in eius veri-
tate statuere, oculos conijciat in huius eiusdem
verbi potentiam, in eo declaratam quod de illo
fateretur in creatione celorum, sciatque firmiter,
quod si verbum Dei seipso potens fuerit ad ce-
los in creatione solidandos, non minus efficax
esse debet quos nostrum confirmet intellectum
in cognitione nouæ creationis spiritualis, in hoc
SS. Sacramento, semper Transsubstantiationis pan-
is in Substantiam corporis ac sanguinis Do-
mini.

Dauid de creatione celorum sic ait: *Verbo Do-
mini caeli firmati sunt.* A. Incognitus: Intendu hic
Propheta Rex manifestare omnipotentiam Dei
in terum omnium creatione, quodque in superio-
ribus, nimirum calis illam vt verbi sui decla-
tauerit: *Tanta enim potestatis est Deus, quod verbo
suo produxit calum.* Et ipsum firmavit sic, vt in-
corruptibile maneat in æternum. Si igitur in cælis
quos videmus tantæ sit virtus eius verbum, vt
illo celos creauerit, ipsoque perpetua durat one
firmauerit ab omni cessatione liberis, in creatio-
ne spirituali transsubstantiationis in SS. Sacra-
mento per virtutem verbi sui, nostrum potest fir-
mare in intellectu, vt solidus consistat in fide ver-
bi Saluatoris, illi hoc proponitis: qui namque
potestate valuit ita cõstiter solidare celos istos,
cedere possimus quod potestate valeat qua hoc
confirmet quod nobis assenerat in transsubstan-
tiatione substantiæ & panis & vini in substan-
tiam corporis ac sanguinis sui: hoc etenim eius
nobis verba declarant: *Caro mea vere est cibus &
sanguis meus vere est potus.* Quocirca quantumvis
ratio naturalis hoc non comprehendat suis com-
missa viribus, tamen quiescat, & à sua cesset ve-
locitate ob verbum Christi hoc cõfirmantia.

*§. 18. SS. Sacramentum mysterium Dei est
eminentissimum. atque vt tale solis ser-
uatur fidelibus, qui diuina collustrati
fide eius cognoscunt dignitatem.*

Sæpius iam expendimus diuinum hoc Sacra-
mentum proportionem habere non paruum
cum caelesti gloria, quæ cum terra sit vocat
illud D. Tho. *Finitia gloria pignus.* Vnde conside-
randæ sunt in illis quibus hoc cõceditur eadem
condiciones eorum quos Deus ad gloriam suam
prelegit: & quamuis verû sit, illis difficile posse
cognosci, tamen nobis ad consolationem quæ d

eius signa Christus in S. eloquio constituit, vt no-
tat D. Bern. quæ sunt velut imagines ad coniectu-
randû, confidendû & certo quodam modo præ-
noscentidû, quis sit prædestinatus ad gloriã. Inter
alias, inquit D. Bern. vna est quæ Christus emme-
rat agens de prædestinatis sub symbolo omni-
nam (interprete D. Theodoro) selet homines
delineare sub figura animalium: crudeles sym-
bolo leonum, astutos & dolosos sub figura vul-
pium: bonos autem pacificos & simplices sub ty-
po ouium: *Oues mea vocem meam audiunt.* In hoc
signo communi, multa includuntur particularia,
secundum variam in SS. Litteris explicatorem
verbi: *Audire verbum Dei:* sed litteræ ea confor-
mior est quam suggerit D. Basil expendens vim
verbi: *Audire: Vocem meam audiunt non disputant
neque discutunt.* Oues, simplices sunt, & audita
voce pastoris, circa illam non disputant, vtum
debeant manere vel progredi, sed simpliciter
illã audiunt, vt obediunt, & se subijciunt ei quod
per illam ipsi indicatur. q. d. Oues meæ simpli-
cem voci meæ seruant obedientiam, nec de illa
disputant, aut examini subijciunt: statim integrã
ei fidem adhibent, eisque sola vocis fides suffi-
cit. Hoc vnũ est signum electorum ad gloriam.
Hanc igitur habere debes communicaturus,
promptam obedientiam & simplicem ad Christi
verbum promptitudinem, asserentis hic adesse
corpus suum ac sanguinem, & perfectam subie-
ctionem fidei veritatis, quæ nobis in V. Sacra-
mento credenda proponitur, & cõlecta omni con-
tentione & disputatione.

Hoc mihi vt verum videtur, quod in opposi-
tionem eius quod accidit in paradiso circa arbo-
rem illam, quam Deus primævis nostris interdixit
parentibus statuerit in Ecclesia sua SS. Sacra-
mentum. In priori inde nobis omne manuit dâ-
mnum, quod parentes nostri audientes Dei vocem
in paradiso præcipientis ne de arbore illa come-
derent, sub pœna mortis: illam ad tribunal traxe-
runt disputationis & examinis cum diabolo ab
illis querente: *Cur præcepit vobis Deus, ne come-
deretis de fructu arboris illius?* Respondent illi:
ab sit hoc à nobis: *Ne forte moriamur.* Apage tale
commentum: vnde moriemini? Cur hæc præ cæ-
teris vos occidet: nulla huius offerunt ratio, nec in
hac arbore quæquam præ reliquis est quod mor-
tem redoleat. Itaque ex non audita voce Dei, vel si-
mplex saltem inquisita huius ratione nostra proeunt obedi-
enteria peruenies: accedat igitur fides ex opposi-
tione nos docens omne nostrum bonum oriturum facta in
in Ecclesia ex auditu vocis Christi, & simplici o-
bedientia in SS. Sacramento, & nulla quaesita ra-
tione,

*Ser. 1. de
Septuag.
& Ser. 1.
in Osa.
Paf.
Ser. 1. de
Præuid.*

104. 10. 27

I.
Signum prædes-
tinationis
est audi-
re verbũ
Dei.

II.
Inde om-
ne malũ.

Gen. 3. 3:

III.
Simplex
obedi-
entia

E



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tionem, cur credere debeat hic esse Deum: & ut, si-
cut olim ob non additam vocem Dei hac subie-
ctione & simplicitate parentes nostri paradiso
extortes facti sunt; ita hic ob additam vocem, o-
bedientia eius fidei, absque vlla disputatione &
altera ratione, admittamur ut fidelissimi Christi fi-
lij, quibus solis panis hic celestis asseruatur. Glo-
ria electis tantummodo propria est, qui audien-
tes vocem Dei simpliciter & sine contradictione
illa sequuntur: itaque V. Eucharistia solis serua-
bitur fidelibus: qui in Ecclesia simpliciter & nul-
la facta desuper inquisitione rationis quam eius
quod Christus hoc nobis assermet perfectam ad-
hibent fidem presentis eius veræ ac diuinæ sub
his speciebus absconditæ.

IV.
Deo
quarun-
tur circa
hoc my-
sterium.

Duo, ait D. Aug. petere potest Christianus de
mysterijs diuinis illi à verbo Dei propositis. Pri-
mum: quia ratione hæc fidei mysteria intelligam,
nec enim illa comprehendere secundum quomo-
do ea credam, cum non intelligam? Ad primum
respondeo: optime dicit: quod illa nequeas intel-
ligere, cum ea minime comprehendas: sed ad se-
cundum dico: non bene iudicis: quomodo credam
quod non inte ligot quia ut illa credas, non à te
petitur ut illa intelligas: quinimo idcirco à te
pescitur ut ea simpliciter credas, quia non potes
intelligere: Dices (ita D. Aug.) quomodo istud cre-
ditur? quomodo istud capitur? Ad hæc duo respondeo.

V.
Quis
enascit
V. Sacra-
mentum.

Quomodo capitur, recte dicit, quomodo creditur
non recte dicit: imo ideo bene creditur, quia non capi-
tur nam si caperetur, non opus erat ut crederetur,
quia videretur. Ideo e rectis quia non capis. Hoc tibi
notum, sit: quod si velis inter omnes Dei ad eius
gloriam electas annuerari: simplex obedientia
à te requiritur & integra Dei voci eiusque verbo
subiectio, quo tibi diuina sua proponit mysteria:
quod si velis illa perferuari & rationem inqui-
rere ut illa capias, magis quam parare obedi-
entiam ut illa credas: ab eorum numero exaceris
nec tibi regnum Dei celeste seruaabitur. Quod
si in V. Eucharistia rationem exortas, nec intel-
lectum tuum Christo verbo subijctas: scias hoc
tibi non custodiri: quod si hoc modo cum illo e-
geris, tibi ad nihilum redigetur respectu intelle-
ctus tuarationi naturali renuntia, & lumen astu-
me supernaturale ac diuinum fidei hoc tibi pro-
ponen is, hoc etenim modo multam inde trahes
utilitatem.

VI.
Sicut fa-
ctū fuit
in Man-
na.

Nec hoc omittamus omnino singulare in Man-
na, si figura huius SS. Sacramenti, proposito nostro
optime conueniens: quod expositum soli lique-
scibat instar cereæ, & in nihilum resoluatur: igit-
ur vero, sol dabatur & conseruabatur, & velut eius

calore coquebatur: rarum autem portentum: nam
cum mollia & blanda vehementiori calore asin-
ta citius resoluuntur & euanescent, & Manna non
a solis radios liquefere: multo magis, quantum
sapio liquefieri debuisset ad calorem ignis ipsi ap-
positum: quod autem hic fortius solidetur, ibi ve-
ro in nihilum euanescat: nihil aliud hic nobis
innuitur, quã quod SS. Sacramentū expo sitū ca-
lori ignis amoris diuini, & rationi supernaturali
fidei, solidum firmumque reddatur intellectui
nostro seu cognitioni: sic enim in illo presentius
agnoscimus Dei magnitudinem: pōno expositum
radijs luminis naturalis, id est soli nostri intelle-
ctus, tibi inter manus euanescent: ut summam eius
nequeamus capere excellentiam & dignitatem:
est etenim mysterium thesauri Dei maxime,
& hoc solis suis refereat electis: illis numerum
qui simpliciter & sine vlla disputatione vocem
eius audiunt: nam sicut illis tantum thesaurum
gloriæ lux tradendum reseruauit, ita his solum
hoc custodit Sacramentum: obedientia quippe &
subiectio fidei nos eius magnitudine reddit dig-
nissimos. Ita me docuit Apōst. quando conditi-
ones enarrans Ecclesiæ fidelium, quibus hoc ero-
gatur Sacramentum iuravit: Est vox Dei, talis con-
ditionis, ut ad eius receptionem nostrum debe-
mus captiuare intellectum: Captiuantes intellectus
nostrum in obsequium Christi. Necesse est ut fide-
les huius Ecclesiæ congrue ad hoc disponantur,
recipientes & admittentes verbum Dei tali sub-
iectione & resignatione nostri intellectus, ut
velut illum captiuemus.

Quando quis in captiuitatem abripitur, duo illi
illi sunt: primum: pedibus illius fortiores imp-
ciantur compedes, ne iugiet, ne manibus elabo-
entur secundum: de tertia propria educitur exilio
tiam alienam, in qua non propriam sed omni-
no alienam audit linguã & diuersum plene s-
ma. Hæc duo confirmat David in Ioseph esse pe-
randa, dom à fratribus venditur Ioseph in ser-
uus in captiuitatem redigendus: In seruum
numdatus est Ioseph: primo namque illi pedes co-
stringuntur ferreis ut uelis: Humiliauerunt in
compedibus pedes eius, ubi notandum verbum
Iud. Humiliauerunt. Pedes prius soluti ac liberi ut
quocumque uellet proficisci posset, nunc detenti
sunt, humiliati, & bicti, & compedibus obe-
dientes. Secundo, de propria regione Chanaan
educationis, in Egyptum trahitur, ubi linguam
quam nunquam audierat, nouam & diuersam
à patrio idiomate addiscat: Ioseph tam uocatus in
terram Egypti, linguam quam non nouerat audi-
uit. Captiuandus est noster intellectus, & subij-
ciendus



ciendus verbo Christi in SS. Sacramento, si eius deside remus utilitatem: talia quippe sunt eius mysteria, vt ea capere luce naturali non possit: sed à voluntate capiendus & subiendus, vt firmiter credat, quod ex se nec videt, nec comprehendit. Vnde primo ferreus comparatur obedientia: vinculis ad Christ. verbum, quibus humilietur, subijciatur & coarctetur, vt libere discurrere, diuagari quo libuerit, non possit: sed in discursibus suis non vterius se protendat, quam secundum obedientia & resignationem huic diuino testimonio. Quod si in cognitione terrestrium & inferiorum aliquando admodum lente procedat, & non nisi tarde tandem illi comprehendat, & mille adhuc erroribus involuta, quomodo tanti Sacramenti cognoscat altitudinem, quam nec oculus vidit, nec auris audivit, nec cor humanum potuit imaginari? Quid si quod Deus se in cibum commutat tradatque homini comedendum: quis vnquam tale quid cogitare? Difficile estimamus (ita Salomon) quae in terra sunt & quae in prospectu sunt, inuenimus cum labore: quae autem in caelis sunt, quis investigabit? Si pennis sit caelestis, si Deus ipse sub speciebus lateat Sacramentalibus: quomodo illum sub his intelligentes? Si vilia haec nostri hemisphaerij non nisi summo labore & maxima cognoscimus difficultates: qua ratione diuina capiemus & caelestia tanto illis superiora? Nicodemus vt erat in litteris apprimè verus & Princeps Synagoga, sibi persuadebat se posse mysteria Dei que Sacramenta intellegere, quocirca haec à Christo sibi postulat proponi: & ad primum ingressum, de Baptismo vt de prima porta disputationem, haeret attonitus: Quomodo possunt haec fieri? Quid ageret si de subtilissimis sermonem inferret sacramentalia, quale est hoc Altaris Sacramentum?

Intellectus noster audax est presumptuosus: & ille qui in rebus supernaturalibus ac diuinis praesumat habere se perspicacem, in eorum cognitione maxime hallucinatur. Quid remediij? Insuper huic intellectui compedes, eius restagna discutiam, subijce sapientiam, vt illum tanquam seruum humiliatum habetas & subiectum obedientiae testimonij Redemptoris, qui nec falli potest, nec fallere, cum sit primae veritatis testimonium: vt hoc depressus seruitute, non possit libere volare discursuum suorum naturalium remigio: nam per hoc huius SS. Sacramenti cognoscat clare veritatem. Secundò: de terra propria ad alienam abducatur, vbi nouum audiat & addiscat idioma: Linguam quam non nouerat audivit. De mundi migret opinione, eius omittat idioma: cum enim mysterium sit caeleste, alia lingua utendum est

eagus multum diuersa. Lingua Sapientum huius mundi ea est, vt ad effectum cognitionem procedamus per inquisitionem causarum, & ad ratio oportet nem reuocemus: quo namque tempore ad hoc addicere non acceditur, nemo iure vocandus est sapiens. idioma. Porro in hoc SS. Sacramento necesse est desistere hoc idioma: nam ad eius intelligentiam, non utendum est ratione: hac etenim illud nequit comprehendere, sed sola fide & obedientia Verbo Dei: haec quippe est dispositio electorum Dei ad gloriam: nam cum SS. Sacramentum tantam habeat (vt praefati sumus) conformitatem: eadem requiritur preparatio, & obedientia verbo Christi nobis haec proponentis.

§. 19. Filij sunt Dei illegitimi, qui in hoc mirabili Sacramento intellectum suum Christi verbo non subijciunt.

HOc cettum & infallibile est filiorum Dei signum: prompta nimirum obedientia & simplex subiectio verbo Dei, quia sine disputatione aut oppositione credunt quicquid eis verbo suo proponit, de reali ac vera praesentia sua in hoc SS. Sacramento; & contra censeri non possunt vt veri filij Dei, sed alieni & spurij, qui ab his conditionibus desiciunt. Notum omnibus arbitror Iacob siggeminos illos Iacob & Esau populi praesignasse: nat electi Iacob & Gent. leui hunc praedestinati & electos, Esau autem ad gratiam Euangelij illum vero reiectum reprobata & ab illa reprobatum, atque in rebellionis suae ac totius inobedientiae poenam declaratum vt filium Dei illegitimum. Hoc Deus matri Rebeccae praenati indicauit: *Duae gentes sunt in vtero tuo, & duo populi ex ventre tuo diuidentur.* Verba haec ad. I. a. Rom. 9. congruenter expenduntur. Si à Deo requiramus quas uterque habiturus sit conditiones, respondet: populus praedestinatus, & vt filius verus obedientia praesulgebit voci suae adeo simpliciter, vt haec audita consistim sine replica, dubitatione & contumelione sit acquieturus: *Populus quem non cognovi seruiuit mibi, in auaritia auris obediuit mibi.* Supremam mihi praestitit obedientiam & verbo meo subiectionem, atque in hoc Deus maxime se Dominum ostendit, quod euidentissime in SS. Sacramento conspicimus. **II.** Condicio itaq; in vero filio requisita est obedientia & subiectio verbo Christi, omni postposita dubitatione & dubio in fide huius Sacramenti Populus autem reprobatus habitus vt filius spurius talis obedientis futurus erat, qui communitè examinaret eius veritatem, & multa moueret circa illa dubitationes, praedecellorum natura



cessorū suorū inhaerens vestigijs, qui semper Dei verbis obrectabāt nec credebant in irabilibus eius
Ps. 17. 45. foras aspergutes defectus maculā: *Psij alieni mē-
 ritū sunt mihi, inuictorati sunt.* Sic eos deserbit D.
Ion. 10. 2. Ioan Christum circumdantes: *Circumdederunt eū
 Iudaei & dicebant ei: Quousque animā nostram tol-
 lis? Si tu es Christus dic nobis palā:* Quibus Christus
 respondit: Iam milies vobis dixi, & semper verbis
 meis mouistis quāstionē, quo manifeste ostēditis
 vos non esse ex oībus meis: nam si tales essetis,
 vnicū vobis verbum à me prolatum ad fidem

III. sufficeret: *Loquit vobis & non credistis & c. quia nō
 estis ex oībus meis.* Nemo nō miratur perniciā
 Iudaei cū in contradi- cūdo verbis Christi eorū contentio-
 nes quando il is allecit quis sit, obijciunt, nō tene-
 probatur. mur tibi credere & quare? *Tu de te ipso testimoniū
 perhibes, testimoniū inuim non est verū.* Miracula
 poscunt in confirmatiōe: his concessis verba que-
 runt quibus hoc ipis persuadeat: *Si tu es Christus
 dic nobis palam:* quādo operibus comprobabat, ver-
 ba exigebant, & his prolatis ad opera rursū cō-
 fugiebant: *Circumdederunt eum.* ait D. Ioa. veni iam
 hoc: *Circumdare si potes sumptū significat animo
 hostili corona cingere: eo sensu de Saule dicitur
 quod Dauidē cinxerit in modum coronae: quimō
 & ipse Saluator de Romanis Hierusalē obse-
 sisset, ait: *Patenti iumentis tui & circumdabunt te
 vello.* Accedunt Iudaei Christum animo hostili vt
 illi se opponant, & verbis illius non acquiescant:
 haec sunt conditiones filij alienis & à Deo reiectis
 proprias, vt se verbis Christi demonstrent esse re-
 fractarios.*

IV. Ille igitur qui in hoc diuino Sacramento ali-
 quā ostendit rebellio: ē parvamque verbo Chri-
 sti subiectionem nobis hoc proponens, vestigijs
 insitens sicut à Deo reprobat, nempe Iudaei, se
 iudicet spurium, reprobatum & illegitimum. Pro-
 ponit illis Redeemptor noster mysterium SS. Sa-
 cramenti, omneque in medium profluit dubiū
 obijcens doctrinae illius: *Quomodo potest hic
 nobis carnem suam dare ad manducandum?* Tales
 qui tam acriter se Christi opponunt veritati ad-
 versarios, suis non annumerat: soli quippe illi sunt
 eius qui audi o verbo illius absque vlla contradi-
 ctione, replica & obreptione illud sequimur: obedi-
 entia namque verbo Dei conditiones filiorum
 eius manifestat: *In auditu auris obedunt mihi,* re-
 pugnantia vero eidem tessera est reproborum.

V. Puerulis nota est Samvelis cū Rege Saule sen-
 Saul non innocinatio. Praecipit illi Samuel ex ore Dei vt
 sicut Deo consil- to, exercitu copioso oppugnaret Amaleci-
 obedien- tas, enucha intereccionē deleter, nemini parceret,
 nec iumentis, nec hominibus, nec subdijs nec ijs fi

Regi, Audiuit verba hūc Saul, nec tamē impleuit,
 pinguiora reseruauit armenta, gregesque ouium,
 imo & ipsi Regi vitam condouant. Accedit Pro-
 pheta, Regē interroga: *Quare non audisti vocem
 Domini?* Quis ille nomini meo detractor? *Isa. 1. 10.*
*Imo audisti: Abertis o Rex, inquit Samuel, etiam
 audire verbū Dei, Deo ipso doctore. est illi simpli-
 citer obedire, cū autē hoc non ita perferetis, nō
 audisti vocem Domini: filij te iudica & iuge re-
 probatū. Eadem phrasi vsus est Deus qua per Pro-
 phetam suum cōtra populum suum expulit, et
 illegitimū & reiectū, quod illi fuerit inobediens
 Non audisti populus meus vocē meam: etiam eius
 se nolle verbo subijcere, contradicere, & refragari,
 reproborum est damnantia conditio. Si hoc
 te eris, inquit D. Chrylost, quis illius signum est? *Ps. 110.*
 getis nec veri filij Dei conditionem; cū vt ipe-
 mo Domino suprema exhibenda est obedientia,
 quā nullam admittit obiectionem, omne sequi
 dubitationem, & examen eius quod proponit.*

Hinc originem sumpsit eodem Doctore
 stante, grave illud supplicium quo Deus vitam
 quendam puniuit. Accedit illum Propheta: *Dau-
 id, que ei in sermone Domini percute me. Et sic erat.*
 cuiusdam strage matris à Deo praestitio: sic expo-
 diebat fieri. Replicat ille quid inde cōmodi, quod ego
 te percuriam, caputque pugno distringam? *Iudij* per
 etiam hoc examini iam ita fieri consentiat, nisi ex
 ego in hoc facinore iustitiae causam inuenio, non
 fecero. Sic cine, replicat Vates Dei praecipit obij-
 cies examini, nō scimus sit? *Hoc n. istis comper-
 tum: te Deus vt filium abortiuum & reprobum
 puniet, nec vt quid suum admittere, vnde
 Quis
 audire voluisti vocem Domini, ecce recedit à me &
 percuriet te leo;* & factum est ita percussit eum
 leo & discerpit. Nota verbum; *Noluit audire
 vocem Domini;* q. d. quia verbum Domini simpli-
 citer non audiuit, sed illud diserte maluit,
 illi non obediens; hoc noueris; aper tecum Deus
 non vt pater tuus benignus, sed vt seuerus iudex,
 qui à gratia sua verbo suo refragat. & eiusdem
 se raturam procul repellit; qui namque filij sunt
V. Amor de Deo triūphat.

D. Bern. Ser. 64. in Cant.

quiescere quocumque pervenerit. Quid hoc Domine mi? Vix erat ille tanta modestia & circumspicione moderatus vt vix illum sol videret, auditque musca, modo vero vnde tanta turbans inquietudine? Quis hoc effecit? Domine mi, ne queras, amor est quia sicut optime convenit igni in sua natura, ita pariter eius participat inquietudinem motumque continuum.

Bene dixit Christus Dominum electum esse Divinum, & hoc mihi maxime manifestatur in V Sacramento. Electum sanctum quod nec momento temporis quiescit: iam videmus illum officio fungentem sequi pedes discipulis suis abluentem, modo supremam absoluti Domini manifestantem auctoritatem, de creaturis pro libitu disponentem, nunc miramur illum vestimenta sua deponentem iterumque ea sumentem, qui vt Divinus omnino magister celestem illi prelegit doctrinam: nunc minatur a guitique Petrum nisi simpliciter obediens paratur sibi pedes abluere: nunc se Iudae testatur benignissimum dum illum Apostolis suis annumerat, per hoc non parum illum sibi devincens. Quid hoc Domine mi, vnde tanta in tuis actionibus & tanta diligentia? Te quis sic impellit? Amor, electum Divinum, in quo contentum sibi que vivunt aurum Divinitatis & argentum humanitatis in vno supposito quod totum ab igne scilicet amoris erga homines: zelus autem que hic in illo prouocat, ad discensum impellit tantamque diligentiam: quam inquietus obambulat, quam infatigatus discurrit? Quae huius causa discurus? Amoris ignis, quo cor illius circumcingitur: hic trahit illum & nulla ei concessa requie mouet zelantem amorem hominum, quos vt obstringat vt illum solum velit, solum querant, soli se tradant, se totum illis tradit in videri ciboque quem illi preparat, Divino. Et heur in illo cum Deo viuunt nec extra Deum aliud superest bonum quod allicere possit voluntatem: impatienter tolerat, quod ad aliud se diuertant: atque idcirco illos tam ardentem zelat vt non audeat illos vel vincto instanti deserere. Quocirca inter illos manet traditus in alimentum cibumque animatum.

Hoc indicat D. Ambrosius in persona Christi significans quod licet ad Patrem suum migraret, amor tamen non permetteret vt corpore absens amorem esset: vnde hoc illis reliquit: *Quantum à vobis absumi, corpore tamen à vobis amore non desui.* Amor enim vt zelosus non patitur vt à vobis discedat, quo nos obstringeret vt illo semper

fruentes, illi semper nostrum affixum haberemus affectum Divinae eius voluntati ex integro resignati, vt ille est nobis ad alimentum: nam Deo fruentes nulla sint oportet bona que possint animam ab eo diuertere. Hae erant vota D. Augusti. *Obscuro vt omnia mihi amarescant Et tu solus dulcis appares anima mea, qui es dulcedo inestimabilis, per quam cuncta amara dulcorantur.* Domine si te fruatur, omni bonorum gaudeo dulcedine: quocirca queso vt anima mea te cognoscat quatenus vel semel te gustato, caetera omnia que tu non es, mihi vt amara despiciat, meaque abducant, ne illis afficiatur voluntatem: si tu Domine ipsa sis suauitas, qui bona cuncta sua via reddis grataque animae palato, imo & labores poenas, malaque tui gratia tolerata haec participant dulcedinem, & quantumuis grauem sentiat in illis sensus molestiam, dulciorem tamen sentiat anima delectationem quemadmodum dolori lapidum D. Stephani immiscuisti dulcedinem qua satius tormenta haec patebatur, quasi epulum foret regale lapidissimum: quid S. commemorem Laurentium, quid ardenes illi dulcorant craticulas vt illas ferret intrepidus nisi tua illa dulcedo qua cruciatus illi temperasti? Nec ipsos omittam Apostolos quos ita violente tua haec traxit dulcedo, vt nihil illos remorari potuerit quo minus feruentissime passionis tuae sequerentur amara vestigia Quid miramur & Domine quandoquidem in te solo omnis sit dulcedinis gratia congeries? Vt non tormenta tolerando, sed tuis fruentis donis ac delictis in hoc caelesti conuiuio, te solum velit tibi que soli te tradat anima, in amoris tui gratitudinem quo motus pro illa tormenta sustinens totum te illi tradidisti. Hae est, ita haec est debita tanto Sacramento preparatio quo totus Deo traditus accedas, sicut se totum in illo tibi consignat, vt nihil sit quod tuam rapiat ad se voluntatem & ab eo diuertat.

§. 7. Expedi vt anima à terrenis sit affectibus libera sacram sumptura Synaxim.

Sæpius diximus V. Eucharistiam panem esse celestem, quia Deum continet, I. Deum sapit, Deoque anima fruatur il-Terrenum digne recipiens. Nihil sic opponitur caelo, caelestibus ac hæc infima & terrena: etenim huius non expositurus distantiam & contrarietatem cogitationum Dei & hominum, hac vtitur distantia inuit

H inter

Isai. 55.9. inter terrena & caelestia: Sic: exaltantur calis à terra sic exaltata sunt via mea à vijs vestris, & cogitationes meae à cogitationibus vestris: inter se pugnant: unde conuenire nequeunt: nec ingressum habere in cor: ita vt cor humanum inferioribus hisce addictum, necesse est vt circa Diuina plurimum distrahatur: vt autem se totum Deo consecret, oportet vt ab illis se totum elinget. Notat D. Ambrosius quod Patriarcha Iacob mortuam proximus pedes suos super lectulum extulit, mortuusque sit quasi pedibus à terra erectis, quibus illam inambulauerat, significans quod licet in illa vixisset, ab illa tamen migrauit in caelum, se enim tantillum deserret ac si nunquam eam cognouisset: quandoquidem etiam modicum illud, quod eam tetigerat nempe pars inferior corporis sui, hinc discedenti noluerit vt sibi prodesset: unde pedes mortuus extulit, protectatus quod nec affectus terreni cor suum in terra detinerent: *In lecto tanquam in sepulchro* (verba sunt auctoris) *corpus relinquens assurrexit in se & longe ab alijs, atque intra semetipsum sese colligens, presentibus se vibus subdixerat: nec enim sibi correspondit iter caelum versus grauelque in terra affectus quibus anima in itinere suo detinetur: vt autem ascendat minus impedita, proficiatur terrenis affectibus ita libera, ac si nunquam habuisset & vixisset in ea. Ad Sacram hanc accessurus mensam considerandum tibi est iam instare mortem concupiscentiae tuae affectuumque terrestrium, vicinamque esse passibus quibus progredieris: quomodo vt progrediarie oportet de terra pedes attollas, incedendum est quasi illos à terra sursum extulisses: id est accedere te conuenit eleuatum, carnis sanguinisque affectibus superiorem, ab eius liberum inclinationibus, quasi iam illis mortuus esses, sursum in caelum pedes etiam affectuum tuorum extollendo: si quando hoc in te sentires & terrena haec cor tuum deseruissent, vt solus in eo Deus moraretur, tunc ad receptionem huius SS. Sacramenti congruenter te dicere dispositum.*

Lib. 2. de Iacob & via beat. c. 9.

Gen. 49. 11.

Hoc Iacob allegorice indicauit.

III. Affectus terra at tollendi sunt vt pedes.

Ps. 121. 2.

Hoc ipsum Propheta Regius indicauit: *Stantes erant pedes nostri in atrijs iuie Hierusalem. Atria sua portas Hierusalem, vocat habitationem qua iusti hic in terra morantur: per illam enim caelum ingreditur sicut per portas quas transeunt illud ingressuri: vrgitur significetur quam parum illis ex terrena hac adhaereat habitatione, inquit, quod illam extrema tantum pedum parte contingat qua non possunt minori: quia anima pars in illis dignior quantum ad estimationem quam de illa habent, est eaque iam ab illis habetur velut à caelo suspensa.*

Prosequitur hoc D. Clem. Alexan. his verbis: *Ego calcare terram didici non aduare: q. d. hoc à genibus caelesti meo didici magistro Christo (quod ex illo Sacramento quasi de chathedra me dicit) terrena haec pedibus subtertere, despicere, calcibus protrudere, non adorare superaque capite illi magno faciendo sustollere, sed contereere & calcare: quatenus ex opposito magno faciam, dignam, colamque Deum, tradens illi vitam propriae meae estimationis vt alteri non intendam quam eius obsequio: etenim inuicem haec me ipsius Diuinae eius voluntati subiectione, congruam valde acquiram dispositionem, illum in animam meam recepturus, & in pedore meo collocaturus: quando namque ad illum accedimus haec eius est voluntas, vt illum solum queramus & velimus, sic vt terrena haec in nullo nostram sibi alliciant voluntatem. Ne uole pendit Rupertus luctam Iacob cum angelo, quem pene claudicantem à se dimisit: *Claudicat u qui uicit, quia tetigit qui uictus est, nec enim se mors eius & amaroris. Quomodo claudicat uoluitet uno pede terra inmitens, alterum à terra suspensum id est altissimum uis non procreta subdicit non omnino relinquens, ut contemplatus pra. eius dicit, cedine totis uiribus subterras: iste claudus saltu uoluit ascendit sicut ceruus, terramque uix tangere dignatur, cum conuersus sit in caelis est: ueritatem ex parte, uno enim in autum pede, nunc interum illuc suspensus est, donec ueniat quod perfectum est. Contigit haec lucta in terra: atque ex illa uictos claudus rediit, & si modum iniquitatis formamque claudicationis, sciendum est quod pedem unum habuerit in terra, vt illo in terra uires depromeret, alterum uero suspensum in caelo.**

Quo nobis indicatur quod licet uerum sit nobis illicitum non esse inter terrena haec ambulare pedemque in eis figere, eo quod illis ad alimentum indigeamus: porro hoc ita fiat vt cor nostrum in Deum semper figamus: quam potissimum minimo mundo denus, extrema nostra scilicet, & eo modo per haec nobis transuadendum uelut per carbonem: qua ex illis tantum illud nobis sumendum quo praesente indigemus & praecipuum id est animam, spiritum, eisque affectum Deo consignemus. Qui claudus exhibet (inquit D. Ambrosius) saltat tantaque per terram quanta ceruus currit uelocitate & uix illam contingit quia licet in illa uia uultus, cogitationem tamen suam dicit in caelo, in eo conuersatur & delitatur: quia totam suam animam Deo.

Deo consecravit. Verumtamen cum ex toto non possit hac transiua relinquere: esque valere, vixit illis ad vitam necessaria indigens, necessario vnum in terra oportet, vt pedem habeat: quia non potest illis non dare partem sui sollicitudinis: donec accedente tempore se liberum gaudeat ab imperfectionibus corporisque necessitatibus, nimirum quando perfectum de Deo veniat gaudium vtroque pede nulloque claudicans.

Q. D. vt omni solitudine totaque anima expedita ab illa portione quam debet corpori, totum se tradat Deo, & gaudio seu fructu bonorum eius aeternorum, nam propter proportionem quam habent cum illis, quae Deus communit in SS. Sacramento, desiderat vt illum receptum integra & perfecta nos ipsos ei resignatione consecremus, ita vt nullus referret nostrae voluntatis affectus ad inferiora haec & terrena quo namque tempore in communi illa lucta qua diabolus nobiscum luctatur, non prodimus claudi vno pede; quo cogimur illum de terra atollere, vno solum in illa remanente, eam intelligo necessariam rerum praeteritum, quibus ad vitam indigemus alimentum, non est quod de victoria gloriamur: & cum illas pedibus non concidimus, illis quasi dominantes, ne nostrum sibi captiuum affectum, huic caelesti coniugio debita nobis deest preparatio ad quod nobis incumbit insistere quasi nostri quoddam sacrificium: quia in illo oportet nos Deo totos immolare hortante nos Apostolo: *Obsecro vos fratres vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem*. Expedit vt sacrificium a nobis Deo litandum, sit viuum, nec vitam habet nisi quod habet animam: vnde h. Deo viuum offeramus sacrificium, sit oportet vt totam nostram illi immolemus animam, neque terrenum aliquid illam sibi rapiat.

Reiecit Deus vt immunda animalia multis pedibus gradientia, vel per terram pectore repentia: huius rationem allegat Philo Indaeus. Quia per hoc indicare voluit quod anima multis radicibus affixa terrestribus pede multo affestaque multiplici adhaerens, Diuino nequam serui palato, atque vt immunda & indigna a Diuina eius mensa repellitur: *Abominanda est anima quae omnibus aut pluribus partibus haerens vbiq; corporis repens, nec valens ad diuersos calis sui caput atollere, atque sicut muli pedes, ita pedibus carentes reptiles bestia damnantur*. Nihil ad caelestem hanc mensam fas est accedere immundum: immunda autem damnatur a-

nima quae terrenis agglutinata, viribus deficit quibus ad Deum spiritum suum astollat, illam Deo consecratur: quocirca vt inconueniens ad illam venatur accedere. Huc spectat argumentum illud sponsae de sponso suo caelesti sub arboris figura cuius fructum vmbraque dixit sibi fuisse vtilem sed certo quodam limite & vniuersae differentia: *Sub vmbra illius quem desideraueram sedi & fructus eius dulcis gutturi meo*. Per vmbra bona rapit terrena, vt autem restaretur haec eius non rapuisse voluntatem sed sponso sui dulcedinem, ait, *Quem desideraueram. Nam ait (explicat D. Bernard.) sub vmbra illius quem desideraueram, sed quem desideraueram: nec enim vmbra, eius excitabat desiderium, licet sub illa requiesceret, sed ipse sponso cuius semper ardebat desiderio.*

Omnes sciunt desiderium actum esse voluntatis vt probat Theologus: idcirco significat se Christo sponso suo dilecto suam impendisse voluntatem, animamque perfecte planeque tradidisse: quia fructus illius, opera intelligo in eius fauorem & consolationem ordinata, voluptati illius erant suauissima: *Et fructus eius dulcis gutturi meo*. Opus autem quo Christus illi maxime fuit bonumque contulit summum ac optate recreauit, fuisse cenferur illud, in quo se tradidit in cibum & alimentum in SS. Sacramento: hic non comparandas contulit illi delicias, vt effectum amoris sui insinuat verissimum: *In finem dilexit eos*: ita D. Ioan. eius referens institutionem. Hoc igitur est ad quod sponso anhelabat, & huius dulcissimi boni gratia velut fructus suauissimi illum desiderabat, in quo suauitatem bonorumque omnium gustum se inuenisse gaudebat: vtque declararet quod iam quando illi in hac vita hoc conceditur, in qua viuimus alimentum terrenorum indigi, illo non vtatur nisi necessitate coacta ad infirmitatis suae requiem & necessitatum quas patitur alimentum: idcirco dicit: *Sub vmbra illius sedi*.

Quando alibi residemus communiter quietem intendimus & solamen laboris quo pre-mimur, & quasi huius quietis indigi locum licet receptamus a fatigatione recreationis. Humanae vitae labores, nemo negat, nos vehementer fatigant viresque enervant, fames nos tamen deprimit, sitis praefocat, stringit frigus, calor desiderat dissoluit, paupertas angit, necessitates inquietant: re, sed haec omnia evitare non possumus, nosque indubie vehementer deiecit, atque ad laborum subleuamen & recreationem, bonis indigemus nem, temporalibus ac terrenis: sunt enim optimum

H a illis

illis remedium. Quamvis igitur ab his dependen-
 ter & subordinate vivamus, non illa sumere
 oportet nisi in quantum ad hæc præcise condu-
 cit, id est ad fatigationis nostræ & laboris sub-
 levamen, non vero vt ea nostrum sibi futurum de-
 siderium: hoc namque dulcedini tanquam fructus
 sanctissimi Christi, SS. capio Sacramentum, referen-
 tur: huic nos totos decet vt tradamus, tantum-
 que desideremus: *Quem desideraueram*, ita vt
 hæc inferiora à nobis nihil amplius quam sim-
 plicem eorum vsum recipiant ad nostram re-
 creationem laboris, voluntatis nostræ dominium
 soli Deo reseruando: quando panque illud Deo
 perfecte tradiderimus tunc congrue dispositi er-
 mus, animæ nostræ partem erunt & mundæ eius-
 que receptione dignissima.

**§. 8. Perpetua curare debemus sollicitudi-
 ne anima munditiem, etiam à rebus
 minimis qua possent illam inquinare,
 ad receptionem SS. Sacramenti.**

In mystico illo cantico, quod composuerunt
 D. Ambrosius & D. Augustinus, nam vt habet D. Gregorius
 Spiritu sancto interius distante, illud prolo-
 cuti sunt: *Siquidem aliquid, mediatione precedente
 factum est ab illa*: quedam sunt verba ex quibus
 efficax trahimus argumentum quo clare con-
 spicimus quam excellens & supereminens esse
 debeat ornatus habitusque quo par est ad Sa-
 cramentum accedamus Synaxim, quantaque cura no-
 bis sit inuigilandum qua Deo in stomacho ani-
 mæ nostræ debitum concedamus recessum
 quando se nobis in hoc communicat conuiuio,
 vt qualitatibus & dignitati tibi conueniat, quo
 nobis esse possit emolumento: verba sunt hæc:
*Te ad liberandum suscepturus hominem non hor-
 ruiisti Virginis uterum.*

II. Expendunt sancti illi Patres quanta hæc sit
 in hoc expositur Dei misericordia.
 caritate Dei: misericordia qua propter nos verbum
 caro factum est: cum enim tanta sit eius puri-
 tas, eiusque natura diuina spiritualis, non de dig-
 natus est nec abhorruit ingressum in purissimum
 Virginis suum humanam assumpturus natu-
 ram. O singulare beneficium! Maxima fuit hæc
 Dei misericordia qua nos præuenit immeritos
 cumque tanta sit illam in tantum extollunt SS.
 Doctores. Verumtamen ô Domine, quis horror
 in diuinam tuam cadere poterat puritatem ne
 veterum intraret celo puritatem, Paradisum tu-
 rum delictarum, in cuius præsentia sol caligine
 obuoluitur stellæque obtenebrescunt? Pauca di-
 xi quam tibi nauicam parere poterat huius SS.

sinus ineffabilis mundities cui credere debent
 spiritus Angelici etiam purissimi?

Hæc omnia licet vera sint, eo quod puritas
 quam Deus SS. Marti suæ concessit illam omni
 excelesit creaturarum, licet his accedant supre-
 mi Seraphim: nihilominus in cõparatione infi-
 nitæ Dei puritatis cum qua nulla potest cõparari
 puritas, atque supposita infinita Dei immen-
 sitate, respectu cuius nullus dari potest locus qui
 illam comprehendat, licet concurrant amplissi-
 ma sua extensione ipsi cali: horrorem tamen
 adferre poterat illi: præcingere se atque in locum
 illum adeo exiguum & tenebrosum introire:
 quod ab ipso sic factum exspectat Ecclesia: quo
 suprema extollat virginis prærogatiua, quod
 adeo capax perfectiorque fuerit venter eius præ-
 ciosissimus vt illum quem cæli toto suo licet
 ambitu capere non poterunt, capere poterunt
 gratiæ eius excellentia. Deum in illum attra-
 hens: *Qua quem cali capere non poterant tu
 gremio conuulisti.* Si igitur ingressum Christi in
 gremium Virginis Mariæ immaculatam vt su-
 mam misericordiam SS. Patres extollant, eo quod
 cum putum esset adeo & limpidum, nullum ei
 ingressus in illud nauicam attulerit tu perperam
 de quam infinita futura sit eius misericordia, in
 tuum uelle intrare pectus, nec horrorem
 prouocent imperfectiones eius & spurcitiæ: Est
 vt alium intraret Virginis purissimæ uenter
 uoluerit illam gratiarum & munditiæ adorare
 prærogatiua, quæ gratiam & puritatem excedit: Ex
 rei creaturarum etiam angelorum: confidera puritas
 quanta te cura maneat seruandis in anima tua
 gratiam, quam tibi Deus ex purissima sua largitus
 est misericordia: omnemque in corde tuo pro-
 curare puritatem qua rite dispositus accedat ad
 lum recepturus.

Quando ingressus est Elias domum mulieris
 illius cuius filius è uiuis exceleserat, illo vt in-
 gredientem uidit, exclamauit: *heu uir Dei quis te
 recipiat hospicio meritis tuis condigno?* Quis in
 domo sua tanta polleat munditie quæ anime
 tuæ respondeat puritati? Quis ea tibi puritate
 seruiat qua te Deus insigniuit? Hoc mihi certum
 factum impossibile: etenim domus mea immunda
 est uisique purissimis oculis abominabilis, &
 quod, vt peius lugeo, animæ meæ sordetex pec-
 catis contractæ nauicam tibi inferre debent &
 horrorem: *Ingressus es ad me ut rememorarer
 iniquitates meas: quamprimum enim teretis ex-
 pisti domus mea limen, occurrerunt mihi pec-
 cata mea, eaque mihi in memoriam obita re-
 uocasti, quorum attentâ enormitate cogitaueram
 sancti*

sanctitati tuæ dare nequeo hospitium : seuerum
Dei timore supplicium, imo vt certum habeo sig-
num supplicij, exiguæ mez huius præparationis,
quod mihi Deus filium per mortem abstulerit,
Et interfecit filium meum. confesum igitur o-
culos in peccata sua coniecit : nam sibi persua-
debat ex illis se indignam reddi hospite viro
notæ sanctitatis, qualis Elias habebatur : deinde
iudicabat ingressum hominis Dei qualis hic au-
diēte in domum suam, cum esset ipsa peccatrix
argumentum esse quo super se vt certum debe-
ret Dei habere supplicium.

Si igitur ad ingressum viri sancti in domū suā
iudicet mulier singularem præcurrere debere
præparationem, domus suæ & animæ emunda-
tionem, quia vero hæc non præmiserat illam mor-
tis continuo pena sequeretur : tu iudex esto
quanto conuenientior ad ingressum Dei in ani-
mam tuam debeat esse præparatio, quanta præ-
eunte sollicitudo conscientiam tuam expurgan-
di, quantaque præmitti diligentia à te peccata
extirpandi illam inquinantia per peniten-
tiam, dolorem & execrationem. Te appello, quod
si mulier hæc eo quod debeat Eliæ viro san-
ctissimo hospiti ornatum non præparauerit &
cubiculum iuxta requisitam tante pietatis mun-
ditiam, non dubites quin mox filij sui suæ sit
negligentia supplicium : te inquam appello qua-
le putas tuum fore supplicium in tante penam
sæculæ qua ipsam recipis sanctitatem non ea
puritate & munditie conscientie & animæ, qua
par est ipsam Dei sanctitatem recipi & purita-
tem ? Nullam aliam femina hæc mortis filij sui
præter peccata sua, causam accusauit, iudicans
talibus criminibus minus ipsa morte inferri non
posse supplicium. Manum tuam mitte in sinum
tuum, tuamque perscrutare conscientiam, atque
in illa innumera eaque grauissima peccata re-
peries, quibus Deum grauius nimis offendisti, &
cognosce quod si Deum intra cordis tui, intro-
miseris habitaculum per hoc SS. Sacramentum,
iustissime timere possis propter hæc à Deo non
minori quam mortis te puniendū supplicio. Non
patitur Deus totius misericordie ad tantam te labi
calamitatem, sed vt perpensa misericordie eius
magnitudine, qua te dignatur se ipsum in hoc
caelesti conuivio tibi tradens, cognoscas eum sit
epulum in quo tibi corpus suum Sanctissimum
sanguinemque exhibet, non audeas temerarius
ad illam accedere mensam nisi admodum mag-
na præmissa præparatione, culparum tuarum em-
undatione, propriæ voluntatis tuæ abnegatio-
ne, seclerum tuorum remissionem, miseræ tuæ

cognitione, eorum quæ carnis sunt & sanguinis
contemptu, perpetua affectibus ad terrena & pe-
nitura valedictione. Attende Dei sanguinem non
eo modo bibendum quo seclerum tuorum po-
tum: nec enim ea alia quam voluptatis tuæ obi-
bis præparatione.

David mi es in præstidio aquam sitiuit de ci-
sterna Bethlehem & fortasse siti ex belli labore
deficiens, occurrit illi singularis hæc aqua & e-
David
fugatio suo sitim excitans, quæ hanc illi posset nobis in
sedare, atque necessitate vigente creuit & eius hoc pro-
desiderium, quod suspicans militibus suis non ponitur
verebatur indicare: *O si quis mihi daret porum ad exem-
qua de cisterna qua est in Bethlehem iuxta por-
tam! Bethlehem à Philistæis occupabatur circa
2. Reg. 23.
cisternam tentoria sua milites expande-
runt: Statio Philistinorum tunc erat in Bethle-
hem.* Audierunt tres inuicem duces hoc Regis sui sus-
pirium, eiusque per hoc desideria: quocirca nullā
interpositā morā periculi cui se euidenter expo-
nebant, medium hostium suorum agmen per-
fracturi, vitam suam alex supposuerunt: & quā
primum hæc verba Rex emiserat iter cisternam
versus arripuerunt, Dñi sui desideria comple-
runt. Eo perueniunt, & Philistinorum copias di-
rumpentes (sic via vi) de cisterna aquam haufe-
runt & Davidi propinarunt hauriendam. Vt pri-
mum aquam vidit sibi propositam, siquid præ-
stitum sibi ab illis placeret obsequium: attamen
periculum expendit cui se supposuerant aquam
allaturi, vtque tanto hanc eorum constitisse no-
tauit impendio, noluit eam bibere, non animus
illi fuit ad porum, illam solummodo sumpsit
sed Deo consecraturus. *At ille noluit bibere, sed
libauit eam Domino: iudicans aquam hanc quæ
quantum ad periculum empta erat pretio san-
guinis ac vitæ ducum illorum, quibus non habe-
bat in exercitu suo fortiores, nullo posse iure
bibi ab illo qui Deo metitis erat inferiori ac pro-
inde illam soli Deo velle dedicare: Propius sit
mibi Dominus ne faciam hoc. Neque sanguinem ho-
minum iborum qui profecti sunt & animarum pe-
riculum bibam! Aqua hæc sanguis est & vita eius
qui illam obtulit hostibus eam seruantibus, quo
michi illam deferret: nunquid ergo sanguinem
ego bibam? Absit hoc soli Deo conuenit: potus
enim hominum sanguine conquisitus, tanta non
debet vt bibatur facilitate, neque tam exigua es-
iusdem estimatione, sed soli Deo consecratur.*

Eia Christiani quam insignis hic locus vobis
proponitur, quo discatis qua deceat vos præpa-
ratione accedere, qua veneratione cultique re-
cipere D. hoc Sacramentum. Considerate in illo
non

VIII. Exhortatio ad vig. iam preparacionem.

non quid minus ipso Christi sanguine contineri, eius vita, corpore, anima & diuinitate: sanguis eius qui tibi prebetur in potum, sanguis est pretiosissimus: *Sanguis meus vere est potus*. Si David igitur aquam recuset bibere de cisterna à tribus illis adductam illi militibus, ea sola motus ratione quia conuebat quod propter periculum effundendi sanguinem suum vitamque perdendi, sanguis esset eorum & vita: sanguinem autem vitamque hominum congruum non esse voluntati suæ potum, sed Deo litandum, quatenus per hoc se ad condignam accingeret preparacionis sacrificio debitam quod de illa Deo iam facturus erat. Hic ubi sanguis vitæque est Dei, cum sit totus hic Christus eius anima, corpus & diuinitas; quanta maiori consideratione ad hoc te deceat accedere Sacramentum? Si humanum sanguinem bibere indicauerit David; qui per hoc quod bibit, effunditur, casum esse nullatenus permittendum: bibere Dei sanguinem nulla præmissa alia consideratione quam illam effundere, quale potest hoc perferre pedustri accedis præciosum hunc haustus sanguinem Diuinumque sumpturus cibum, nulla præuia animæ tuæ preparacione, nulla debita illi conscientie puritate, quanta in hoc Sacramento reperitur tibi igitur persuade, quod sanguinem hunc effundas, & proterendum eicias; id enim de quo, nullum haurimus emolumentum perditum arbitramur. Si igitur accedas non præmissa totali terrenorum abrenuntiatione, affectuum carnis & sanguinis, ideoque nullum ex sacra communione fructum haurias, quid aliud est nisi Dei sanguinem effundere hæc non præmissa dispositione illum recipere? Qui ergo tam exigua veneratione sumit Dei sanguinem, ut dicatur effundi eius est supplicij reus? Time o Christiane mortis tuæ, peccati Deus etiam tantis irritatus offensis in te assurgit iræ suæ flagello armatus, nec desistet donec te morti tradiderit.

§. 9. Perierunt filij Israel quando recepto à Deo *Manna*, altera vice carnes appetierunt: mortem suam Christianus timeat, si affectu & desiderio carnali ad communionem accesserit.

27 **E**duxit Deus ad celebriorem, nominis sui gloriam populique sui commodum filios Israel de *Egypto*: Vique illos, in terram ducebat promissionis, aliquando tempore permittit eos per deserti diuagari, quibus dum inhæ-

rent se fame timent perituros, quærentque qui cibum illis subministraret carneque potius comedendas: *Quis dabit nobis ad visendum carnes?* occurrerunt illis magisque affligerunt pisces, allia, cepe, quibus in *Egypto* vescerentur & indicabant se modo nutriri viliionibus: quia licet illis manna Deus præstituerat in cibum illud vitam vir vilius substantiæ despererent, quo magis infirmarentur fameque exhaurerentur eorum viribus roborarentur: *Anima nostra arida est, nihil aliud respiciunt oculi nostri, nisi manna*. Recurrunt ad Moysen ut illis à Deo carnes efflagitet in cibum: efflagitat Moyses illaque à Deo impetrat, & tanta quidem abundantia; usque ad mensum diuersum donec exiret per mare rubrum.

Advertit hic D. Cyrill. quod secundo petierint à Deo carnes: prima vice non illat Deus petentibus concessit, sed Moysen præuenit atque illi loquere populo & dic illi ut se præparet: licet enim illi modo carnes non sim quas petunt, erogaturus, cibum tamen illi ministrato multo sapientiore & vtiliore: illo etenim vescentes suauitate demulcebuntur carnis, perditum, caponum, gallorum, iudicorum, & riuo verbo voluptate fruuntur ciborum maxime gratiorum & exquisitorum: ita ut cibis hic eius sit appetitum gustumque satiaturus, necessitati remediis, obalimentum quo in illo fouebuntur: non est quod defectum timeant, singulos enim fami sine cogruenter explebit, tantumque sumptuosius ac magnus, nec paruo deerit, nec magno supererit. Porro filios Israel admone ut se præparent ad hoc riteque disponant; quibusdam enim dabitur illis conditionibus, quibus si defuerint, illo non fruuntur, fameque eneati interibunt: præbet illis *Manna*, gustant & experientia discunt tale quid esse quale Deus futurum prædixerat, atque in eo tanta demulcentur suauitate bonerumque cumulo ditantur, ut determinate non possent nomen aliquod, quod alicui horum, in singulari responderet; unde nomen illi imposuerunt admirationis, quia perfecte quid de tanta suauitate dicerent, ignorabant; unde illud vocarunt, *Manna*: quod non est nomen alicui proprium, sed terminus est interrogantis quid est hoc? Et significat quid est hoc? Et cum ita sit quod haberent subsidium, ita sibi comodum & volupe, sibi tamen conqueuntur non satisfactum, sed denno ad Deum recurrunt carnem postulatari: indignantur illis Deus, & quasi fræna laxatis eorum dimitte de siderijs carnes illis depluit, tanta quanta diximus abundantia, ut per naves exirent, nec non sed laues candidas per aera volantes, cœurices in-

Secundo petierunt à Deo carnes: prima vice non illat Deus petentibus concessit, sed Moysen præuenit atque illi loquere populo & dic illi ut se præparet: licet enim illi modo carnes non sim quas petunt, erogaturus, cibum tamen illi ministrato multo sapientiore & vtiliore: illo etenim vescentes suauitate demulcebuntur carnis, perditum, caponum, gallorum, iudicorum, & riuo verbo voluptate fruuntur ciborum maxime gratiorum & exquisitorum: ita ut cibis hic eius sit appetitum gustumque satiaturus, necessitati remediis, obalimentum quo in illo fouebuntur: non est quod defectum timeant, singulos enim fami sine cogruenter explebit, tantumque sumptuosius ac magnus, nec paruo deerit, nec magno supererit. Porro filios Israel admone ut se præparent ad hoc riteque disponant; quibusdam enim dabitur illis conditionibus, quibus si defuerint, illo non fruuntur, fameque eneati interibunt: præbet illis *Manna*, gustant & experientia discunt tale quid esse quale Deus futurum prædixerat, atque in eo tanta demulcentur suauitate bonerumque cumulo ditantur, ut determinate non possent nomen aliquod, quod alicui horum, in singulari responderet; unde nomen illi imposuerunt admirationis, quia perfecte quid de tanta suauitate dicerent, ignorabant; unde illud vocarunt, *Manna*: quod non est nomen alicui proprium, sed terminus est interrogantis quid est hoc? Et significat quid est hoc? Et cum ita sit quod haberent subsidium, ita sibi comodum & volupe, sibi tamen conqueuntur non satisfactum, sed denno ad Deum recurrunt carnem postulatari: indignantur illis Deus, & quasi fræna laxatis eorum dimitte de siderijs carnes illis depluit, tanta quanta diximus abundantia, ut per naves exirent, nec non sed laues candidas per aera volantes, cœurices in-

Indignantur illis Deus, & quasi fræna laxatis eorum dimitte de siderijs carnes illis depluit, tanta quanta diximus abundantia, ut per naves exirent, nec non sed laues candidas per aera volantes, cœurices in-

telligo ita vicinas vt manibus apprehensas comedere ad satietatem: porro hanc carnis abundantiam subsecuta est Dei ira, & vix ceperant illis vesci, imo adhuc ore masticabant & ecce furor Domini strage in eos debauchatus est miseranda: *Abiit carnes erant in dentibus eorum* & ecce furor Domini conuersus in populum percussit eum plaga magna, atque ad perpetuam rei memoriam & cadaverum multitudinem prostratorum, hoc loco illi inscribit iussit Deus Epitaphium: *Sepulchra concupiscentia*, id est: vt posteris horrorem incutiant nec deprauatis suis seruiant appetitibus, tale conueniens supplicium à populo meo sumptum: volo vt omnibus constet, quod in eorum impletione desideriorum, atque in eodem loco quo concupiscentia suae satisfecerunt, in eodem mortui suae & sepulti: *Desiderium eorum attulit eis, non sunt fraudati in desiderio suo.*

V. Potro vix capio qualiter eorum cesserit desiderijs, si illos vita priuauerit? Respondet Incongnitum disculcati: *Exaudi Dominus postulantes diuersimode: quandoque ad votum & non ad utilitatem.* Postularunt hi à Deo quod illis minime expediebat, conceditur illis impleturque eorum desiderium: verum cum in hoc mors eorum lateret, licet petita receperint, mortem tamen non euaserunt: *Exaudi fuerunt Iudei postulantes carnes, quia impetrauerunt quod volebant, sed non ad utilitatem eorum, sed magis damnum.* Sed Domine nisi quæ ratio prima vice illis petita negasti, & plus satis & ad votum annuendisti? Secunda vero vice tanta prospicis illis abundantia sed paciter illos occidisti? Eleganter respondet D. Cyril. Prima vice venia dari poterat petitioni carnis: quia hucusque nec viderant nec gustauerant Manna, & quantum in se bonum continebat ignorabant. Porro postquam illud iam gustassent & experientia comprobassent quod paruis esset: *Omnia desideria mentium in se habens, nec haberent quod amplius desiderarent, quod carnes petant signum est ipsos nimio carnis affectu teneri: vt autem hic non conueniebat epulo illi celesti à Deo illis preparato, quandoquidem ostenderent se plura facere appetitum suum quam beneficium ipsi præstitum, culpa præna respondeat, eorumque clades sit alijs: terrore atque in ea hæc scribitur Epigraphie: *Sepulchra concupiscentia: etiam concupiscentia rerum terrenarum in hoc pane celesti, mortem illis conciliauit.**

VI. In facto eloquio nomen Caro, supponit pro quibuslibet bonis terrenis: *Omnia caro sunt: quasi d. omnia terrena non nisi terrenum sunt &*

forde: eadem phrasi Apostolus hoc nomen v. nalia usurpat, vt Romanis persuadeat ne terrenis afficiantur suisque seruiant cupiditatibus: ait enim: *Non secundum carnem ambulemus.* Hic igitur indicat Spiritus S. quod quia filij Israel affectum suum nimium erga terrena testati sunt, celestia hocipendendo, quæ Deus illis in Manna conferebat: postquam illa iam gustassent, puniuit Deus eorum morte concupiscentiam; illam etenim meretur qui bona postulat terrena quando fruunt & iam experientia noscitur saporem celestem. Quid per hanc intendis hystoriam. Probat Diu. Bonauentur. lumen Ecclesie lucidissimum & gloria Seraphici Patrie Francese inelucta Religionis sufficientia figurarum quibus variè obumbratum legimus SS. Altaris Sacramentum in triplici lege, naturæ nempe Moysi & gratiæ: agens autem de lege Moysi sentit figuram huius legis Sacramenti magis expressivam fuisse Manna ob multas congruentias quas ad iucit.

Prima igitur sit: quod sicut Manna de terra non generabatur sed de cælo descendeat. *Panem de cælo prestisti eis:* ita similiter Diuinum hoc Sacramentum non est quid de terra productum, sed virtute celesti in terram descendit atque operante Spiritu S. compositum est in Virginali vtero SS. Virginis Mariæ: *Verbum supernum prodiens, nec Patris liquens dexteram.* Secunda sit: quod omnes ciborum completeretur sapor, ita vt illo palti imaginari non poterant esse quid aliud quod desiderarent: quodque eorum postea ad votum placere voluptati, nec non vescentium se attemperabat per omnia capacitati. In huius diuini Sacramenti conuiuium, tanta conficitur anima dulcedine, vt aliud ipsa non possit imaginari bonum quod eam satiet, tantumque se eius conformet capacitati, nam quicquid ex fructu eius accipit ad mensuram spiritus & deuotionis qua communicat: iustus & in pietate perfectior in signis refert augmentum: paruis autem & qui in ea non tantum profecit fructum haurit iuxta suæ modulū capacitatis. In illo Manna tantum illi satisfactum erat qui multum collegerat quantum illi qui parum, atque in hoc Sacramento tantum recipit ille qui parum accipit particulam quam qui totam formam, & sicut gratia quæ communicatur tantum tribuitur in eius sumptione, iuxta Theologorum sententiam tantæ gratiæ plenitudinē ditabitur qui modicam tantum sumperit particulam & quanta qui totam hostiam sumperit.

Error fuit quorundam huius temporis: qui formam

nalia desideria

Rom. 8.

In 4. sent. dist. 8. ar. 1. ar. 2.

VIII. Variæ congregatiæ Manna cum SS. Sacramento. Prima. Secunda.

23

IX.
Error
circa hoc
Sacramen-
tum re-
fellitur.

formam recipit maiorem vel plures hostias ma-
ius etiam sanatur gratia incrementum. Hic est
inhibendus; quia licet verum sit errorem non
sapere si quis dixerit quod gratiam causet quo
tempore durat species Sacramentales, & quan-
tò plures recipiuntur formæ, tantò copiosior in
animam proficere debeat gratia: hoc nihilomi-
nus magnum posset parum doctis auferre in-
continentis: indicarent enim multam illis adimi
gratiam, quæ illis in hoc Sacramento confertur,
si forma illis negetur maior pluresque hostiæ;
debet autem hoc evitari; nec enim quoad figu-
ram plus ille habuit qui multum collegit Man-
na, quam qui parum, omnibusque quantum est
ex parte sua æqualiter proficit: maiora vero gra-
tiæ augmenta quæ in illo recipis, scias illa non
esse sumenda ex maiori forma quam recipis,
sed ex ferventiori devotione qua comunicas.

Tertia.

Ultimò adducunt SS. DD. plures rationes &
& congruentias quibus confirmant convenientiam
figuræ cum figurato, inter Manna & SS.
Sacramentum, habeaturque hæc principalis,
quod cibus ille, sicut hic, de caelo descenderet, &
quia talis bona communicabat caelestia, terrenis
his & infimis infinità differentia digniora sit
igitur nunc hæc nostri argumenti ponderatio.
Si Deus morte peniat filios Israel quia gustato
iam Manna postulam à Deo bona terrena, iustà
penam, eorumque carnalis appetitus mortificatio-
ne, atque ad confirmationem quod in istis affecti-
bus quos testati sunt, illos supplicium oppressit
rigore mortis, in signum penæ: ita iusti-
tiam ob eorum temeritatem, hoc velit Deus E-
pigraphium inscribi: *Sepulchra concupiscentiæ*:

X.
Terren-
tur indi-
gne com-
munican-
tes.

quia ibi mortua est eorum concupiscentia: quo-
nam Deus supplicio plectet Christianum, qui ex
eius misericordia novit Deum sibi in Divino
hoc tradi convivio, nec ignorat, quantæ sint ille
delicia quibus in illo demulcetur: nihilominus
carnalibus inhiat & delectatur. Quam penam
talis meretur culpa quæ in medio trititionis ma-
ximorum bonorum quæ posset optare illique
in hoc Sacramento comunicant, adhuc terren-
orum demonstrat affectum illosque ab anima
sua non expellens ad S. accedat communicatio-
nem? Quod Deus Gentilibus, Mauris, & Arabi-
bus, absque villo eorum damno bona concedat
quæ possulant terrena: quod illos Divino suo iu-
dicio patitur desiderijs, non adeo mirum videre il-
los ex desiderio quo flagrant illa petentes: quan-
do quidem ignorant quæ Deus bona suis com-
municet: ceterum quod Christianus qui lumine

fidei cognoscit Deum esse illum hic sibi tradidit,
quem cum habuerit, nihil illi potest deesse: nihil-
ominus animâ terrenis afficiatur voluptatibus,
affectusque bonorum illam sibi rapiant, quæ cū
tam parva sunt, qualia sunt temporalia, tale non
merentur nomen; eorum omnino oblatu quæ
Deus illi concedit: culpa est non levi digna
supplicio: & quod grauius est quod tu qui S. fre-
quentas communionem in qua experientia didi-
cisti quanta sit deliciarum affluentia, eam te
Deus in hac cumulat non obstantibus his deli-
tibus, illas radicibus ex anima tua non evellas quas
prava postulat à te concupiscentia: casus est qui
merito tibi mortis tæ formidinem incutit.
Animo revolve in hac sacra communione su-
perferibi hanc Epigraphem: *Sepulchra concupis-
centiæ*, quo tibi declaretur quod si ad illam ac-
cesseris eius addictus affectibus, merito etiam
quæ timere possis quod dum illis ad votum futu-
ris, licet Deo sic permittere, tuam in illis mor-
tem invenias. Ni fallor infirmat hoc Apostolus
agens de debita preparatione ad S. communio-
nem, atque de penâ quæ manet accedentes in-
digne: *Qui enim manducat & bibit calque iudi-
cium sibi manducat & bibit* Sibi certo perit ad
quod iudicium mortis bibas, qui indignus hanc
mensam frequentavit: nam indignitas eius in
hoc consistit quod affectus carnis & sangui-
nis penitus non eradicit, nec illusiones tel-
cundat concupiscentiæ: & sicut hic est eius se-
pulchrum propter mortem quam nobis iacet,
ita sciat quod ad illam accedens indigne mortis
portis sit quam proximus.

§. 10. *Ut quis digne S. frequentet commu-
nionem, expedit ut adeo liber sit ab
omni carnis & sanguinis affectu quasi
esset illi mortuus.*

Quantum novi nondum ex integro titu-
lum exposuimus huic præscriptum Sa-
cramento: *Sepulchrum concupiscentiæ*.
Hæc autem declaratio nobis clarius exposcit
preparationem SS. Sacramento convenientem.
Sepulchrum vocamus locum in quo cadaver
reconditur, velut sepulchrum Regis locus est in
quo Rex ism mortuus sepelitur: vocari igitur
sepulchrum concupiscentiæ locum significat in
quo concupiscentia iam mortua delitescit. D.
Thom. definitur concupiscentiam. *Appetitus de-
lectabilis circa bona quæ sunt secundum sensum, ut i.*
Noveris igitur in hoc Sacramento ita senti-
entiam

I. quendam esse carnis appetitum, ac si respectu
 eius esles mortuus, taceat hic mortua & sepulta
 concupiscentia. *Concupiscentia & desit anima mea
 in atria Domini.* Optat & desiderat anima me,
 sed accedet ad domum Dei & diuinum eius
 tabernaculum, dehect, & moritur quoad concu-
 piscenciam suam sensualem: quia carnis affectus
 in huius receptione Sacramenti, decet vt mor-
 tui sint: est etenim sepulchrum in quo mortua
 & sepulta maneat anima quantum ad vitam
 carnalem, affectus & concupiscentias sen-
 suales.

II. In SS. Sacramento nos ipsos Deo litamus in
 Nos cum sacrificio: qua sic ut in illo Christus Patri offerit
 Chilio, qui caput est corporis mystici Ecclesie: dum
 illo se offert vt caput pro nobis, secum offert
 totum corpus: quoniam ad hanc indicandam no-
 stram cum Christo incorporationem in sacrifi-
 cio missi: pcepit Ecclesia vt in calice cum vi-
 no vt verborum conueniendo in sanguine. Chri-
 sti, aqua modica immisceatur, vt incorporetur
 atque ex viroque vnum efficiatur totum. Fre-
 quenter lego in SS. Litteris aquam sumi pro
 populo. *Aqua multa populi sunt.* Vt igitur decla-
 retur qualiter populus se debeat incorporare
 Christo qui semetipsum in verum sacrificium
 per hoc Sacramentum Patri consecrat quodque
 ex ipso & nobis fiat vnum sacrificium offeren-
 dum, ad hoc vult vt mixtio fiat aquae cum vino,
 ita vt hoc sit sacrificium Christi, & nostrum quod
 Deo offerimus: nam cum illo nos ipsos pariter
 offerimus. Gratissimum Deo est sacrificium, pu-
 rum & ab omnibus carnalibus liberum affecti-
 bus, hoc est quod Deum placat & maxime qua-
 do offertur in satisfactionem peccatorum: sed in
 hoc sacrificio nullam patitur mixtionem nec
 guttam appetitus sensualis nec quidquam car-
 nem redolens. Itaque vt Deo sit acceptum,
 oportet vt sacrificium sit ita à carnis & sangui-
 nis emundatum passioibus quasi iam illis iam
 esset mortuum.

III. *Et mor-
 tuus affe-
 ctibus carnali-
 bus.*

30. Olim mandauit Deus vt sacrificium litandum
 pro leproso certis iisque mysticis perficeretur
 circumstantijs nimirum de duobus passeribus
 hac preparatione immolandis vt vnus iugula-
 retur, alter vero liber demitteretur & eo te m-
 pore quo primum occidebant, alterum demitte-
 rent in aëta liberum: *Vi in agrum per syluam eno-
 laet.* Mirabilis sane conuersio passerum, quae
 nobis optime declarat propositum argumentum,
 ne liber dimittatur vnus donec alter fuerit oc-
 ciscus, ac si ex morte vnus procederet libertas
 vt aqae alterius. Bini hi passeris corpus & ani-

ma designant, vt vtrumque Deo delictum in hoc
 Sacramento immolare sacrificium: cum enim
 sit in nostrum scelerum satisfactionem opti-
 me figuratur in sacrificio leprosi: quia ad eum
 modum quo lepra commaculat reddique cor-
 pus abominabile eius qui lepra inficitur: ita
 peccata inquinant redduntque animam execra-
 bilem, ea committe uem: pro illis igitur diuini
 hoc instituitur sacrificium: cumque pro illis of-
 feratur, Deo consecrate debemus corpus, ani-
 mam, carnem, & spiritum: verum hoc ordine vt
 caro immoletur iugulata & quasi vita priuata
 non quidem morte naturali: nostram etenim morte
 Deus non postulat, vt notat D. Chrysol. contra
 quosdam hereticos, sed mortificatione affectuum
 eius appetituum, illa nimirum morte inquit O.
 Rom. rig, quam nobis praecepit Apost. *Mortificate mem-
 bra uestra qua sunt super terram:* non materiali
 ferreo cultro qui iugulum praescindit, sed cul-
 tro mortificationis, qui carnales rescindat appeti-
 tus, eosque sic enervet quasi forent mortuati:
 que ex hac mortificatione & morte affectuum
 huius passeris sequetur vita spiritus, efficacia deu-
 otionis, etenim oblata Deo carne mortificata
 in ordine ad suos appetitus, euolare poterit abs-
 que vilo impedimento ad spirituales profes-
 ctum, & per hoc Deo gratum offeretur sacrifi-
 cium, hac confirmate illi se vnicus quod in
 SS. offertur Sacramento.

Inde colligit D. Ambros. declarationem dua-
 rum sententiarum in L. Deutero: hic enim Deus
 sic loquitur: *Ego occidam & ego viuere faciam.*
 Quid occidit Deus? *Carnem vtiq; affectus car-
 nisque appetitus, desideria bonorum sensualium:*
 haec Deus occidit: *Ego occidam:* Et quid viuifi-
 cat? *Spiritum sine dubio:* nec enim spiritus viuifi-
 catur nisi caro mortificetur: Itaque nullum Deo
 gratum immolabitur sacrificium nisi illud in
 quo vita dedicatur spiritualis, autem cum
 mortificatione carnis.

Quinimo Christus morti iam proximus (vt
 notat & eleganter probat Orig.) hoc idem con-
 firmat dum ait: *Spiritus quidem promptus est, caro
 autem infirma:* quasi declarans quod spiritus
 promptus & excitatus ex eo procederet quod
 caro debilis esset & infirma eiusque virtus ac-
 tenuata: igitur si Deo te velis in S. Communione
 consiguare, mortifica, etradica atque penitus
 ille affectus carnales appetitus tui: illa nam-
 que mortificatione spiritus liberrime ad Deum cedere
 euolabit, tu vero dignum eris diuino palato sa-
 crificium. Hoc inter alia notauit à Deo obserua-
 tum dum filijs Israel Mauus deplueret, nimi- de
 rum gypso.

Ho. 14. in
 Epist. ad
 Rom.
 Rom. 1. in
 Colof. 3.
 Ser. 27.
 Deut. 32.
 39.
 V.
 Ita occi-
 ditur ca-
 ro & vi-
 uificatur
 spiritus.
 Ho. in 17.
 Matt. 26.
 VI.
 Et Mau-
 na prae-
 debet
 sa. egressis
 de

rum factum hoc non fuisse donec egressi fuissent de Aegypto, cum autem egressi fuissent statim illis de caelo velut pluviam illud largitus est, Aegyptus designat bona terrena, carnem & sanguinem, quia sicut Aegyptus locus fuit Babylonis & confusiois, ita sunt bona terrena & carnalia, non enim nisi confusioem in anima generant & inquietudinem. Vt igitur indicaretur Deum tibi non concessurum SS. Sacramentum donec liber esses atque ex toto affectus carnales ad temporalia extripasses; adire non eis Manna concessit, eius figuram, donec omnino egressi essent de Aegypto & servitute, qua anima per peccatum affectumque carnis premitur id est Aegypto confusiois; cum enim sit pax, charitatis, amorisque Sacramentum servari non debet Aegypto ita calamitosa; rescindantur ad ea affectus & eliminentur appetitus ambitionis, impudiciz, vindictz, odij, & contemptus proximi; quando namque in his argue in affectu eius quod illa sunt, anima ad statum accedit adeo seculum ut nulli deinceps vite carnalis subiacet; passio; quoniam illas omnes habeat velut mortuas tunc recipiendo tanto Sacramento censetur dignissima.

VII. Si SS. hoc sit Sacramentum in cuius institutione supra modum emicat virtus humilitatis, qua ratione in illud intrare potest ambitio & superbia qua inuicem? Si non reiciens propriam cogitationem estimationis & proximi tui de seipsum? Si in illo floreant puritas & munditia Dei, qua ratione illi convenient sordida & impura preteritionum oblectamentum & impudiciz proposita? Si Sacramentum dicatur misericordiz & clementiz, que illi convenientia cum vindicta tue desiderijs? Si Sacramentum nominetur charitatis & propter hoc illud scribitur *S. Eucharistia est bona charitatis* quomodo quadrabit illi odium malaque voluntas in te contra fratrem tuum? Ante omnia Aegyptum desere, hos rejice affectus, desideria ad terrena reuera inordinata. Quando namque hac mortificaveris ita ut assurgere amplius non audeant ac penitus superaveris quasi essent mortua, e contra vero in te vivant affectus spiritus & ita illos Deo consecres, securus accede ne timeas ad S. Communionem.

VIII. Expendit D. Bernardus preceptum Domini datum Abrahz quando immolaturus erat Deo filium suum in holocaustum: sic enim illi precepit: *Exi de terra tua & de cognatione tua &c.* & sub pena capitis ne manseris in illa. Insuper iniungit ut labris excedat paternis, illisque iam

egressus montem ascendat Deo filium suum tantum dilectum & vnguentum sacrificiorum & egressus paucis comitatus servus ac filio suo cura potestatem montis in cuius vertice filium erit oblaturus, famulos ad dicitur, solumque filio comite montem ascendit. Quid nobis Deus in huius sacrificij significat circumstantijs? Nimirum illud quod necessarium erat ad in roentum sacrificij vnguenti filij Dei in SS. Sacramento, nos ipse in illo incorporando ut pariter imitabimur. Primo te ascendere oportet ad montem sanctum Ecclesie id est ad summum perfectionis apicem secundum ordinem & dispositionem doctorum Evangelicorum. Hec enim est altissimum Ecclesie culmen, & continuo de terra domoque tua abcedere: intelligo carnis & sanguinis affectus reuminate qui sunt terra tua, quia in illo salutaris, vivis, & moreris, & solum ascendere comite intellectu tuo fide instructo in cognitione dignitatis huius D. Sacrificij: cetera tantum in illa potest prospera per lumen fidei quia terra tua debet naturalis lumen rationis: Sedes in debet nullo alio socio oblatum hoc sacrificij quia illi convenient cognitio Dei per fidem huius mysterij. Ascendat igitur homo cum egressus fuerit de terra desideriorum mundanorum, oblectamentis (accedens ad Sacram Communionem) carnis ac sanguinis si namque ad illam accelerat hoc modo preparati, quo mortui sunt carnales noster delicta plurimum nobis profuerit & liberius eius fruemur delictis, & spiritus soluta ac expeditus ad illas evolvat nam voluptatibus mundis affectibus irritis, seipsum frui non sumus exlestibus: tunc oportet illi preceant quod illi ponitur, atque in eorum presentia succidere debent velut mortui. Ingressum templum Dagon Arca Domini, & ilico ad eius conspectum corruat: statua Dagon: statua hac mundi delicta velupat, terrena desideria, affectusque carnales: arca vero SS. Sacramentum ob rationes alias declarandas: Vt igitur denotet Spiritus S. Dagon voluptates istas affectus & desideria correre eorum debere ut mortui quodque nos in delictis bonis que ponamus que Deus in Seta communiione & partitur, accedere debet animus velut mortui in ordine ad predictos affectus, hoc agit ut ad Arca presentiam, Dagon in ipso templo in terram corruat: quia in ipsa proptia terra in habitatione correre & mori debet caro secundum suam concupiscentiam & appetitum, ut ad Dei presentiam in hoc SS. Sacramento perveniat.

S. in Lev.

§ II. Larvam induit Deus cibi, in hoc SS. Sacramento ad necessitatis nostrae remedium, & nos quoque tanto bono recipiendo larvam induamus.

Refert D. Chrysol. grauem inter se & D. Basilio disputacionem, an licitum sit se ipsum transfigurare, quod alijs terminis Theologi, an in aliquo casu liceat mentiri, & licitum non esse hoc nititur fundamento: quia mihi qui Petrus sum, illicitum est dicere, Ioannes sum, nec quidem vt totum mundum lucrifaciam: quia huius gratia nec vinum quidem licet proloqui mendacium: cum illud ex natura sua malum sit, & rationi contradicatur, naturale deinde nemini licet malum facere sub spe & remedio alicuius boni. Et concessio quod illud sit contra principium illud naturale: *Bonum est impleri iudicium, & malum fugiendum*, nihil est quod possit mendacium coherere & facere licitum. Hoc supposito illicitam quoque erit seipsum transfigurare & cum Ioannes sit velle personam praesertim Petri: cum in hoc pateat manifeste mendacium, nec minus possum operibus quam verbis fallere: illa aliique rationes pro hac adducta sententia grauem patienti difficultatem nec minorem habent ad probandam efficaciam.

Porro D. Chrysol. constanter tueri esse licitum, probatque multis exen. p. s. sanctorum. Iosue hostes subita irruptione prostrans, hac v. s. est bellifertura, qua victoriam de hostibus populi Deo retulit illusterrimam, seque transfigurauit. In SS. litteris laudatur Michol quando liberatura conuigem Dauid de manibus ac. m. i. m. i. s. t. r. i. s. p. a. r. i. s. s. u. i. Saul statum seu larvam in le. s. t. u. l. o. c. o. l. l. e. a. u. i. t. m. e. n. t. i. t. a. D. a. u. i. d. i. n. i. l. l. o. d. e. c. u. m. b. e. r. e. i. n. f. i. r. m. u. m. c. u. m. i. a. m. l. i. b. e. r. e. u. a. l. i. s. s. e. t. a. t. q. u. e. i. n. t. u. r. u. m. f. e. r. e. c. e. p. i. s. s. e. t. A. l. i. u. s. P. r. o. p. h. e. t. a. e. x. m. a. n. d. a. t. o. D. e. i. s. i. n. g. u. l. a. r. i. c. a. p. u. t. s. i. b. i. o. b. u. e. l. a. t. v. u. l. t. u. m. q. u. e. c. o. m. m. u. n. i. t. a. t. f. e. s. i. n. g. e. n. s. i. n. f. i. r. m. u. m. v. t. D. e. i. p. r. a. e. c. e. p. t. u. m. e. x. e. q. u. e. r. e. t. u. r. C. h. r. i. s. t. u. s. d. u. o. b. u. s. i. l. l. i. s. a. p. p. a. r. e. n. s. e. u. n. t. i. b. u. s. i. n. E. m. a. u. s. s. e. i. p. s. u. m. i. n. f. o. r. m. a. p. e. t. e. g. r. i. n. i. e. x. h. i. b. u. i. t. & : *Venit se longius ire.*

Ad huius confirmationem adducit D. Chrysol. casum cuiusdam medici expertissimi qui infirmum curaturus, cui ad recuperandam valetudinem expediebat aqua potus, nec illam poterat bibere, composuit vas tectum nouum, illudque micis in caldarium vini, vt ex illa colorem, odorem, & saporem hauriret, quo oculos

infirmi decipiens odorem, pariter & gustum, sibi perficiens, nihil minus se vinum bibere, aquam bibit & optatam ascriptus est sanis. Quis factum huius medici trahat in calumniam? Quis veritatem hanc vt malam accuset, egrototo ita commodant? Quis illum iure reprehendat? Exempla sunt, haec praelara, & hoc praesertim medici, plane declarat licitum esse his vt ad inuentionibus, quando ex illis tale operatur bonum quale infirmus huc consecutus est, per expertissimi doctoris industriam, imo mihi magis seruit ad aliud quod Christus nobis adducit de seipso multo sublimius dignus, & eminentius. Languebamus nos homines egroti per peccatum mortale nec vltim erat in tota iustitia remedium quod vltim posset adferre. Subditum: quocirca nostri miseris Deus solum solum misit nobis medicum salutis: eo sine descendit Christus in mundum nostris infirmitatibus remedium: *Non est opus valentibus medicis, sed bene habentibus*, dixit seipsum intelligens sine meque in quem de caelis ad terram descendisset. Praescripsit, vt medicus caelestis tanquam efficax ac necessarium remedium carnis suae cibum potumque sanguinis: *Nisi manducaueris carnem filij hominis & biberis eius sanguinem, non habebis vitam in vobis.* Heu Domine mihi quam parit nauseam carnem edere humanam sanguinemque bibere, vel ipsa eius cogitatio mouet stomachum: & quamuis remedium sit ita necessarium & efficax saluti nostrae, semper tamen refragatur stomachus & cibum hunc potumque accipere seculari: vnde ex hac repugnantia nouam in hac medicina difficultatem sentit infirmus. Si remedium hoc o Domine statueres in pane & vino communi hominis alimento & stomachum inflammante, nemo non hominum summa hoc caperet facilitate & commodissime salutem adipisceretur.

O caelestem medicum! O infinitam Dei sapientiam! O immensam eius misericordiam! Quis ne nobis remedium desset, medicinam proponit naturae nostrae conformem. An homo nullam sentiret in pane & vino nauseam? Nequaquam: an his libenter vincerent? Vtique. Fiat igitur vas quod panem vinumque redoleat, & videatur tale quid esse, & sit caro Christi & sanguis & quamuis gustus panem vinumque percipiat, & oculi corporei hoc vt tale quid iudicent, & olfactus in odore item praesumat, sciat tamen anima, non esse panem non vinum, sed carnem sanguinemque Dei: *Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus.* Hoc est nostrae

III.
Ita Christus se transfigurauit in SS. Sacramento exemplo medici.

nostræ necessitati remedium, & ægritudini nostræ medicina. Et si quia caro est humana & sanguis, aliquem cauteret in bis horrorem eius receptio in propria specie: iam tamen nullam potest mouere uulscam, quandoquidem diuinitus ille medicus nobis carnem hanc & sanguinem porrigat in vase huius SS. Sacramenti in amoris sui igne coactum, in quo sub speciebus panis & vini, gustu, iustro proprijs & æquimodis nobis traicit corpus suum, sanguinem, animam, & diuinitatem.

34. Ea de causa se transfiguratur cumque sit Deus & homo, videtur vult ad salutem nostram id quod accidentia illa nobis representant, que cum sint panis ac vini, videtur nobis vult esse panis ac vinum: cumque sit Dominus creaturam absolutam, se transfiguratur & nobis offert tanquam creaturam, ea tantum intentione vt homo facillime medicinam accipiat, & securissime inueniat morbo suo remedium: in tali vniuersa visa est benignitas? An talis inueniri potest sapientia? Talis intelligi misericordia? Vt Deus se transfigeret quo videatur creatura, tantum vt se nostræ contemperet & conformet conditioni, quatenus recepto hoc remedio illi conformi obtineat salutem, vtque se tradat in cibum gustu nostro sapidum, & hoc in nostram commodum? Ad quæ hæc nos non obstringit tanta benignitas? Quem non sibi talia subiecit misericordia? Quis talem non admiretur sapientiam? Quomodo illum non sequitur oblecta sui anima solummodo eo fruitur?

IV. Quod si ad nostram salutem tale Deus edit stratagemam, quod ab eius maiestate & magnitudine videtur profus alienum: cum enim Deus sit immensus, omnipotens, infinitus, & incomprehensibilis, se tamen cibum efficit hominum, & non quolibet modo sed se transfigurans in vnam ex suis creaturam, & quasi recolligens ac contrahens immensitatem suam: quid nobis in tanti beneficii par est rependere gratitudinem? Si Deus in illo vescamur se transfiguratur, vt nostræ se contemperet naturæ, veltque videtur quod non est nos ipsi veltillum comedamus: nunquid suadet ratio vt nos conformemus & hinc cibo contemperemus? Deus se transfiguratur hominemque facit: oportet vt illum comestur nos transfigeremus, & qui moribus homines sumus, Deus esse videamur, vt non sciamus nisi Deum, non agamus nisi de Deo, non velimus aliud nisi Deum. Et sic Deus in amoris igne se nostræ atque conditioni, transfiguratione vasis huius SS. Sacramenti, in quo nobis carnem

suam exhibet & sanguinem: ita similiter in igne amoris illi similes esse debemus: quomodo enim homines sumus, diuino tamen traditi amoris, qui in se ipsum nos transformatur, quid amplius appareamus quam sumus, nec minus quam Deus, & quidem eo modo vt iam in nobis non affectus hominum sed conditiones appareant Dei.

Deus adeo benignus & misericors in nobis debet manifestari benignitate & misericordia erga proximos. Deus ipsa puritas & mundicia declarari debet in animæ nostræ puritate, in corporis actionibus honestis, in verbis castis & operibus munditie resurgentibus. Deus ipsa longanimitas & patientia: quandoquidem tot annis hæc in perferendis peccatis vestris melius demonstraret, nec vos confundat vitamque adimat illis immensis, decet vt cognoscatur in patientia nostra & longanimitate, in perferendis iniurijs & aduersitatibus. Deus cū talis sit pro me ita se humiliavit vt designatus non sit formam letici accipere, sed iugiter fungij officio: Non rapinam arripuit, sed esse se equalem Deo, formam serui accipiens in similitudinem hominum factus & huius inuentus vt homo: declarari debet in nostra humilitate nostræque vilitatis cognitione. Deum tam insignis iniuriasum condonator, vt non tentis iniurijs quibus illum afficimus, nona nihilominus nobis conferat beneficia in tollerata remissionis omnium: par est vt illececat in eorum calurniantibus nos ignoscantibus. Deus ipsa charitas & amor meus ac proximi, qui nos amat infirmitate multo, quam ipsi nos amare possemus velim vt in nostra charitate emicet in ordine ad amorem eius & bonum proximi nostri illius se per omnia amando & proximum saltem vt nos ipsos. Has hasus à nobis postulat Deus in recognitionem eorum quas pro nobis assumpsit in SS. Sacramento ad nostram salutem: etenim vt ad illum accedamus, expedit vt conditiones nostras morelque hominum inueniamus in conditiones morelque Dei: & qui pius homines eramus fræcidi, imperfecti, & ad carnem malum faciles, exurgere par est in vnos Diuinos, fortes, in fide constantes, in charitate feruentes & perseverantes, nec non in spe solidissimos.

Propheta Regius mentis oculis attendit mutationem illam quam in nobis facturus erat. Hæc vultum Dei incarnatum de qua ad litteram sic loquitur: Hæc mutatio dextera excelsi. Mirabilis vultus insinuat effectus in nobis per incarnationem patris verbi Dei operandos, & considerans mutationem dexterae nostræ Dei.

IV. Ita nos simplices spiritaliter debemus transfigurare.

47

nostram adeo in signum & eminentem, illam vocant mutationem dexterae ex celsi, id est digna eius omnipotentiae: etenim nemo dextram in Deo creditur aut suam sicut in vobis & in me: sed nomen hoc attribuitur attributo in quo harum manuum opera cognoscuntur: manu namque dextera communiter opera facimus graviora & fortiora: & quae maius modum. Deus omnia haec efficit in quantum omnipotens; idcirco omnipotentiae eius nomen adscribitur: manu dexterae in ijs operibus a quae illa requiritur: mutatio humani cordis ex carnali & terreno in caeleste ac Divinum: opus est omnipotentiae Dei: cuiusque dextera, Dextera Patris: terreni Christus est & per eum omnipotentiae suae effectus opera: *Omnia per ipsum facta sunt* q. d. Hoc ipsum mutare scilicet cor, ut loquar ex filijs: ita huius creare gratias, & qui longe à Deo erant: seriatim, adducere proximos, carnales, terrenos, humanos euehere spirituales, caelestes & Divinos: opus est omnipotentiae dexterae Patris. At tamen dicimus opus hoc esse SS. Sacramenti: cum enim mysterium sit quod reducit ad articulum omnipotentiae Dei: cum opus sit eius omnipotentiae tales in nobis operari effectus, a quo dubio dicere licet opus esse eius dexterae, & beneficium esse quo Deus nos praeuenit in SS. Sacramento dum tantum in nobis operatur mutationem qua decet nos ad eius receptionem accedere: quia nec panis nec vultus affectus hominis illo inspectore in quo requiescit, sed plane Divinos, & cum Deus non sit in natura; illum tamen motibus praefert, sicutque eius conditiones modisque agendi Deo magis quam hominibus proprias: haec etenim est illa laus quae correspondet illi quam Deus in hoc caelesti induit. Sacramento, qui verus Deus & absolutus creaturarum Dominus, humilis vult apparere creaturae: & servus in speciebus panis & vini, quas in illo oculi conspiciunt corporis: oculis licet fidei Deum ipsum in illo cognoscimus sub illis speciebus: & hoc ea tantum mente, ut se vobis & nobis accomodet, quatenus illum omni cuncta difficultate recipiamus.

§. 12. Quia cibus hic substantiosus est admodum magnam requirit preparationem ex parte nostrae.

§. 13. Semper gravis mihi remansit difficultas ex praedictis: si namque sacramentum hoc in quo est dextera Dei Patris, sit illud quod no-

stra transmutat corda ex humanis in Divina, ex hominum conditionibus in conditiones Dei: quid causae subesse potest, quod toties communicans, vita non vinam spirituali sed carnali non vita Dei sed hominis: multum nimis eius inclinati passionibus, semperque regnet in me verus Adam, qui subditus carnis passionibus ostendit in vita sua quantum illis dominetur: dia-bolus, ut vires nobis non sint illi resistendo, si Deus alio medio suas nobis non admittret. Si igitur tam parum de Deo in me sit, atque in meis operibus, verbis & cogitationibus virtus elucelcat, qua Deus in SS. Sacramento accurrat ad renovationem meam & gratiae perfectionem: quomodo haec sibi conveniunt jam frequens eius receptio & parva salutis utilitas? Semper enim in eodem me doleo statu imperfectionis, semperque voluntas mea bonis afficitur terrenis. Quis ergo dixerit tantum in me per hoc fieri mutationem? Quia si terrenus etiam quantum ad desideria ante communionem, post illam idem ego sum non mutatus, & si prius obediebam passionibus, nunc istis similibus obediō: nunc verbo nullam in me sentio mutationem nec conditionum alterationem, nec omnino appetitui meo servare se prius licet communicem: quinimo eadem me semper lugeo tepiditate languentem: ac si Deus non esset infinite potens & efficax: ut ad statum me promoveret perfectiorem, illo qui sub illis speciebus se mihi praebet in cibum: quae huius causa? Unde talis aedia animique languor? Respondeo quia si frequentes illae communionem sine ulla sine preparatione: unde non mereis tam parum in te operari fructum: accede toties quoties libenter, si non debite praeparatus, ab altari recedes imperfectione.

Hic cibi delicatissimi multaque substantiae stomacho frigido recipiantur, maloque humore, cruditate & flegmate indispōito, parum est si nullam adferant utilitatem, virtutem aut robur: sed in seipso te perturbant, debilitant, cruditates humoresque augent perverfos & morbi causa sunt tibi graviora. Igitur si faciam frequentes Communionem sicut tibi stomachus animae nullo charitatis Dei & proximi calore servens, sed ad illam accedas sicut ad ceteras actiones quotidianas quas nullo spiritu petapis & seriore: si anima cruditate abundet: mala voluntatis, & odio contra fratrem tuum amarecat, nihil hic aliud cogites quam id quod possidet tibi suffurari, illique quae am possis maximam adferre molestiam: si flegmata tepiditatis pedesque plumbea

I.
Ex parua
prepara-
tione vix
vllū per-
cipimus
fructum

II.
Similitu-
dine cō-
sumatur
stoma-
chi.

Humili quibus repis ad seruitium Dei, totam tuam occupent animam: si peruersi humores ex tantis contra Deum offensis, quibus anima perturbatur illam integre possideant: quid de nullo fructu spirituali & augmento ex tam frequenti conueneris communionem? Quid expositulas quod ita irritus sis & impeditus in ordine ad beneficia collata digne frequentantibus? Ne tibi nouum videatur: quod fauores & delicias non expectaris quibus tuus Deus demulcet in communionem, quod similiter minus proficias, imo vero mundanis plus afficiaris voluptatibus, nouique Deum criminibus quotidie ad iram provocas: nullam aliam inquirere causam: tuum accula stomachum animam: redundat enim malis humoribus nocivisque cruditatibus. Hos prius expellito humores teque ad illam disposito preparatione effectibus eius conformi, & deinde ad communionem accedito: non dubio in anima tua senties effectum communionis, nouum in illa experieris vigorem, nouum in amore Dei spiritum, calorque hic spiritualibus feruentius exardescet, atque hoc modo totum tibi sacramentum proficies ad salutem. Debite accede & bonis his omnibus perfruetis.

III. Quispius expurgandus est.

Quod si quoniam hac esse debeat dispositio, requiras, respondeo hanc primam esse debere qua animam tuam a peruersis illis humoribus & cruditatibus expurges. Hanc docet Propheta

Pf. 25.

Rex: *Lauabo inter innocentes manus meas, & circumdabo altare tuum Domine.* Primo ponit lauacrum & emundationem ab omnibus scindibus, vt iustorum numero adscribitur: etenim per penitentiam peccata dimittit hoc est sibi manus abluere. Per manus capiuntur opera, & sicut peccata opera sunt voluntaria a nobis ipsa procedentia, ideo per manus significantur: vnde sic Incognitus: *Lauabo manus meas id est per penitentiam purgabo peccata commissa. Et sic ero inter innocentes.* Et perfecta hac ablutione sequitur accessus ad altare, illud circumdando sublimi meditatione maiestatis in illo residentis, illam Dei considerando cui innumeri assistunt spiritus Angelici quatenus praesentia hac consideratione ad sacram communionem cum maiori accedat reuerentia: *Et circumdabo altare tuum Domine.*

V.

Quantum opinor spectat hic Propheta praecipuum illud Domini quo mandabat ad osium tabernaculi statui labrum aqua plenum & speculis circumiectum: vt Sacerdotes ingressuri SS. Sanctorum in speculis illis se prius intuerentur & si quos mouerent defectus seu maculas

hac aqua abluerent & deinde mundi intrarent Sancta Sanctorum. Labrum hoc aquae penitentiam d' eodiat: hac etenim immunditias nostrorum abluat peccatorum: hanc statuit Deus in Ecclesia sua, eoque sine rot. in ea sunt confessarij, vt tanto facilius accedat: verumtamen prius te in conscientia tua velut in speculo considerat, examina perferunt, ita vt in hoc examine velut in speculo tuas agnoscas immunditias & imperfectiones, & illico recurre ad penitentiam. Vt eiusque aquis tuam emunda animam, aquis inquit mirum lacrymarum, doloris & contritionis penitentium scelerum tuorum: qua dispositus ad pedes recte tangit de confessarij. Hac aqua David ipso tunc calidissimas tuas singulis noctibus eluebat: *Lauabo per te, singulis noctes lectum meum, lacrymae meae stratum meum rigabo.* Nec visam oportet tantum lacrymarum effundere, iudicatis quemlibet etiam exiguum peccatorum dolorem esse sufficientem, teque satisfacere si confessarium ad eam minimo dolore contritus: uequaquam, sed raris debet esse lacrymarum tuarum effusio, vt illa totum innatet sicutum: taptus namque debet esse debet offensi Dei, quanta uellet est ut copia sit lacrymarum, qua lectus terrae rigari possit. Et quando hac aqua omnino fuerit condatus, hocque praemisso lauacro nullum in conscientia tua aliquid delicti remorsum sentieris, tunc ingredere Sancta Sanctorum, tunc ad sacram accede Communionem vt ita tibi proficias, atque in se praclaros illos operetur effectus, quos SS. Sacramentum in eius produci anima qui debite digneque accedit.

Agra decumbit anima peruersis plurimorum scelerum humoribus oppleta: Christus autem vt Quispius Diuinus medicus applicare tibi vult salutarem medicinam, eoque sine te primo disponit. Et liquet peritus medicus infirmitatem radicibus expulsum, perfectamque ex toto daturus sanantem stomachum prius Zulapijs preparat, quo te preparato, potionem praestabit purgatiuam, qua cruditates malolque educit humores, quibus euacuat stomachus emundatur ita constant vt deinceps cibum sumat proficuum, quo vires illi reparantur & in saluam plurimum ardescat. Ita simul ter Christus nos congrue disponit Zulapio examine conscientiae nostrae. Quo de te dispositus sumenda nobis est portio penitentiae, quae radicibus euellit peccantes nostrorum scelerum humores, repiditatis nostrae & hanc accedit stigmata in amore Dei, cruditates affectuum nostrorum carnis & sanguinis: his omnibus nos emundat purgatio penitentiae &

Exo. 38.

cor.

confessio sacramentalis. Et sicut, ut proficua & opportuna censetur purgatio: quando tormi-
nibus torquens: in salutem tenenda est confes-
sio, quando tormina & cruciatus causat pecca-
torum, quae confessus est: quibus optime dispo-
nitur anima, ab omnibus vitia quibus impeditur
procedat cibi spiritualis utilitas: expulsi etenim
ad ea male cernuntur humoribus, & eradicatis
noctui affectus crudelitibus, congruenter calor
preparatus est charitatis & amoris. Deum in ani-
ma: equo ita vtiliter cibis hic factae commu-
nicationis accipietur, salutem tibi promouebit spi-
ritualem, virtutis incrementum, perfectionis in-
crementum, & vitae spiritualis per gratiam reno-
uationem: nec non Diuino operabitur effectus,
mutationem vitae, pietatis ardorem, eleuationem
spiritus: cum enim liber sit stomachus ab illis
impedimentis malorum humorum & crudita-
tum, calor charitatis noua producet in te virtu-
tum incrementa, quibus pietas accendetur, &
anima ascendet ad statum perfectionis & eu-
mulum meritum.

Placuit mihi sumere similitudo portenti
illius omnis factitatis S. Therisae de Iesu. Quae
argumento nostro applicata, modum nobis de-
clarat & preparationem necessariam ad S. Com-
munionem agit de primis principijs in via per-
fectionis, & quid nobis tunc sit agendum: *Sibi
persuadet (inquit illa) incipiam quod horum
plantare incipiat in terra admodum infructifera
malisq; herbis oppletat: ut autem illa Dominus de-
lectetur, nocuas eradicat: herbis plantatq; nouas.
Tempus considerat: etenim ingreditur Deus in
anima tua recreationis ergo quando illum in-
SS. suscipis Sacramento, & per eam ambulat
velut per horum deliciarum: quoniam sponsus
de illa loquens sub nomine sponsae eundem
hunc titulum illi adscribit, eamq; horum vo-
cantur recreations: Hortus conclusus foror mea
sponsa. Quo significet Deum in anima velut in
horto fertili, quando, pacato q; delectari. Ut
autem talis euadat diligens hortulanus primo
nocuas eruit plantas: atque per hoc terram pra-
parat, cumque iam hic omnibus perfecte fuerit
expurgatus, nulla relictis lapparum, viticarium,
& zizaniorum ra lice, tunc arbores plantat fec-
cundissimas, floribus vestit odoriferis, herbisq; que
replet saluberrimis: his rite dispositis aqua to-
tum rigat horum terramq; madefacit, quo fit
ut herbae germinet, flores pullulent, reddatur
que hortus grauis iucundus, & fecundus: nisi
enim iniuiles ocellas herbas, nullam aqua adfo-
ret vilitatem nisi quod illa euzdet ericetum*

magis quam hornus, nec arbores, nec planta, suos
tempore congruo ferent fructus, non folia, non
flores: vide nullam praestabit hortus hic Domi-
no suo recreationem. Ad hoc igitur nocuae ex-
tirpentur herbae quibus omnibus extirpatis,
fructus herbae, flores, arbores, accrescant tanto
fecundius, tantumq; vtilius, inabitque Domi-
nus in eo se recreaturus, ex cuius recreatione
totus videtur renouari & quidquid in eo est pre-
mior gaudio accrescere.

Ut anima Deo gaudium exhibeat illam in-
gredienti per S. Communionem, requiritur ve-
rultum excreuerint arbores, floresq; germin-
narint virtutum quatenus sic laudius d. licia-
rum: porro hoc fieri nequit nisi prius iniuiles &
nocuae eellantur herbae peccatorum, malo-
rumque affectuum at terrena haec & caduca,
expellantur hi radicibus: quando vero ab his
cambus iam emundata fuerit anima, plantari
debent virtutum arbores, meritum flores, &
herbae bonorum exemplorum odoratissimae.
Quando his accedit aqua rosis caelestis. Diuina
gratie nihil non proderit, virtutes accrescent,
augebuntur merita bonum exemplum, famisque
iniquis ascendet sursum: atque hoc citari quo
fulgebit anima, & hac preparatione bene culta,
Deo liberum permittat ingressum, ut in illa se
oblectet: illo namque gaudio quo Deum deum-
cebit ad primum in eam ingressum, omnia pro-
specto euenient successu, fiet anima diuino con-
spectui formosior, ipse vero Deus per piissimam
suam misericordiam milleis illam bonis cum-
mulabit caelestibus; quibus cultus multo adori-
nabitur, Deoque gratiore prouocabit recrea-
tionem.

*S. 15. Si Deus voluerit ut mundus susce-
pturus Deum hominem factum se-
prius prepararet: multo maior requi-
ritur preparatio recipiendi eum ut
cibum nostrum.*

Hae ea semper sunt Dei mens ut homi-
nem ad statum eneheret dignorem, illi-
que esse suum Diuinum communicaret.
In principio creationis eius adeo fuit de illo li-
berius, ut ita loquamur, ut non contentus creare
illum ut ceteras creaturas suae vocis tantum
imperio: ipse dixit & facta sunt: sed quasi con-
siliis inuenientes tres Diuinae Personae de eius
tractantur creatione: *Factus est hominem ad ima-
ginem & similitudinem nostram: quia eius super rem-
reliquis.*

reliquas emiaet excellentia dum omnes illa huius operis artifice se manifestant in figuram status superioris ad quem illum volebant extollere. Deinde quod noluerit hominem eo die creare quo ceteras creaturas, nec antequam illas omnes creasset, sed die sexto, atque in illo illum condidit ceteris perfectiorem, ut esset velut earum compendium, atque in se unico omnium includeret perfectiones quas omnes in illo essent multo digniores quam in seipsis, quia illum creauerat Deus ad imaginem & similitudinem suam cuius Diuina essentia manifestatur in eminentia qua omnes creaturae in illo sunt omnique earum perfectiones in gradu magis heroico & sublimiori quam in seipsis, atque in hoc voluit ut illi homo esse similis quatenus in ipso cognosceretur, quod ab eius creatione Deus nonnulla praemiserit signa quibus ostendit illi se velle Diuinam suam communicare essentiam: quoniam illo iam creato non adiecit Deus verba illa quae prius in creatione reliquarum dixerat creaturarum, *Vidit Deus quod esset bonum.* Respondet D. Ambrosius. singulari factum hoc fuisse consilio quo daretur intelligi quod Deus reliquas creaturas in ultimo considerat terminum perfectionis relinquens illas in esse suo naturali in quo illas creauerat: vnde ut non poterant euadere meliores, in ea statuit illas dignitate, de qua determinate dicere licebat: *Quod esset bonum.*

Ut autem hominem non creauit in ultimo perfectionis gradu quem poterat obtinere secundum esse suum naturale, sed quod cum esset ad alium euecturus statum multo perfectiorem, nempe diuinae essentiae quam illi erat communicaturus: idcirco illum non approbat laudatque ut integre bonum, velut vltimum perfectionis terminum adeptum quando illi dedit esse naturale: quia aliud esse multo perfectius erat illi daturus nempe diuinum: illud enim semper Deus in mente habuit: vnde illum ad hoc semper disposuit. Quia sicut diuina essentia infinite superat naturalem, congruum non videbatur ut ad tantam promoueretur distantiam, nisi prius aliquas praecederet in ipso proportio, atque ad illam ipsum continuo preparauit. Noluit Deus a principio mundi naturam assumere humanam quia sicut per hoc communicaret homini esse suum diuinum, ita voluit eum prius preparare per legem naturae, cui illum subiecit, quatenus ordinem seruando rationis, quae lumen quoddam erant a lumine Dei participatum, taliter viueret qualiter expediebat ut se prepararet ad diuinam

essentiae receptionem. Elabuntur mille anni atque in ipso hunc Deus legem trahit scriptam: quatenus ostendit illi statum viuendo, illi preparatio non desinit conuenientior qua Deum recipere: etiam futurum erat adeo praestans, quantum etiam multum requirebatur dispositio: & praeterea tot annorum millibus in hac lege scripta, ut saltem cognitio eius eum ad perfectionem obstringeret vitae viuendi seminum deinde deficiente factus homo, praemissi tot praeparationum oracula figurisque veteris testamenti, quatenus eius doctrina eiusque figuris innotesceret homini quatione se dispoere deberet ad diuinam esse receptionem quam Deus homo factus illi annuntiabat. An hic subtiliter Dei cognitio? Haudequaquam: quia indicans diuinum illi esse substantiae diuinae Verbi, tantum commemoratum esse naturae illi singulari Christi, omnino homines non eam habere adeo sub potentiam & singulis vitam, idcirco diuinam suam Deum ad inuentionem modum quaedam, tantum se tunc cibis in corporatis comedenti suam illi comunicat substantiam & virtutem vniuersae in can illo, dum conuertitur in substantiam coelestis: ita enim loquitur philosophus. *Alimentum conuertitur in substantiam alii: ita similiter et homines in singulari virtutem Deo disique participant participes fierent essentiae: seminare voluit sub speciebus panis & vini in SS. Sacramento: quatenus hoc modo ita posset illi virtutem eiusque virtus comedenti atque hoc modo omnino in singulari extollerentur ab esse suo naturali in quo creata sunt, ad esse diuinum quod ipsis Deus communicat.*

Hinc cognoscimus quam stricte tenetur ad dignam praeparationem ante S. Communionem: si namque ut Deus diuinam suam essentiam trahit singulari communicaret Christi deum deum fieret, quia beneficium hoc omnibus eorum praestitum erat in finem: voluerit ut tot milia hominum se praepararent eo modo illum recipere, atque in eam finem illos legi subiecerit naturae & scripturae, tot miseris illis prophetis qui docere ut illes dignam tantum abiectionem recipiendo praeparationem: nec non tantis instituerit figuras in quibus luce clares delicta cernerent praeparationem, qua venientem illum expectarent in SS. Sacramento: ut Deus essentiam suam singulis nobis communicat virtutem adeo singulari, ut se nobis tribuat in eum sub illis speciebus panis & vini: quatenus virtutem praeparationem, quam continuo disposuit, qua

II. Ideo ultimo illum creauit.

III. Ut suam illi communicaret essentiam.

IV. Quem ad hanc dignae praeparauit.

IX. Quae f...
X. Co...
XI. ...
XII. ...
XIII. ...
XIV. ...
XV. ...
XVI. ...
XVII. ...
XVIII. ...
XIX. ...
XX. ...
XXI. ...
XXII. ...
XXIII. ...
XXIV. ...
XXV. ...
XXVI. ...
XXVII. ...
XXVIII. ...
XXIX. ...
XXX. ...

illum recepturum? An tibi videntur quod si ad primam communicationem qua nobis se ipsum exhibuit tot effluuiis anni preparationis, vt tam singularibus recipietur: circumstantijs: illas sufficientes fore circumstantijs, quas sacra communio præmittit, accedens ad illam modici temporis preparatione, & ea animi tepiditate qua communicas? An circumstantia illæ sunt congruentes, distractiones illæ quibus perturbatis Deum in animam tuam suscipitur? Si Prophete sanctitate præstantissimi post tot continuas lacrymas & ardentissima desideria Deum videndi incarnatum, iudicauerunt se minus esse dispositos, led mortui sint desiderio flagrantibus, nec tamen ad tanti boni meruerunt venire fruitionem.

Ita Christus Dominus noster discipulis loquitur. *Amen dico vobis quia multi Prophetæ & Reges voluerunt videre quæ videritis, & non viderunt, & audire quæ audieritis, & non audierunt.* Quibus verbis vt opinor nobis exponit Christus quod licet diligenter debiteque Iesæ Prophete disposuerint quo Deum viderent incarnatum, eoque fruerentur in hoc SS. Sacramento, hoc tamen adipisci non poterunt, nec vno nec altero modo: nec illum videndo hominem, factum: quandoquidem non viderunt, nec credendo illum in Sacramento latentem: quandoquidem non audierunt: quia fides ex auditu est, atque in hoc diuinissimo Sacramento se Deus cognoscendum exhibet & gustandum per fidem.

An iudicas sufficientem tuam fore dispositionem dum accedis ipsi de prauis affectibus ac desiderijs quasi ad conuiuium properares amici tui, & eadem distractis mens euagatione qua procurris in forum? Iudicauit illustrissimus ille Rex, qui festiuitas illas sibi suo nuptias iussit, ut traiecit parabolam D. Mattheo: nam lecturam expositionem factorum doctorum quantum intelligatur de nuptijs quas Pater æternus iussit, dum in Mylterio incarnationis filium suum vniuersum humanæ desponsauit nature: plures tamen alij locum hunc etiam interpretantur de nuptijs, a quibus Christus electos suos inuitat in hoc SS. Sacramento, in quo velut desponsatus formosus progreditur in candidis accidentibus (sub quibus se desponsat singulis animabus: Iudæ autem inquam Rex casum esse impossibilem moraliter loquendo, quod homo ille non vestitus veste nuptiali nuptias præsumeret intrare omnibus illis preparatis qui debito vestimentorum ornate prædicitur: vnde quasi

de possibili dubitans interrogat: *Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem?* Per hæc a l. de re- v estem nuptialem intelligunt Tertu. a Orig. b. surrect. Dinus Chrysostomus e. alijque plures charitatem & reliqua virtutum opera quæ valde congruenter perfectioni respondent Christi: quia eo modo quo ille qui ad nuptias inuitatus vestem induere debet illis conuenientem: ita similiter inuitatus ad Ecclesiam, per fidem vita viuat oportet digna Ecclesie puritate & sanctitate: *sine macula, sine ruga* vidit illam D Ioan. de cælo descendente: cum fidei vita christiana respondere debeat eadem puritate & integritate, charitatis & amoris Dei igne inflammata: hoc enim & ornamentum nuptiarum Ecclesie. Et quia Christus Dominus non viderat intelicem illum qui hac veste indutus conuiuium intrauerat, vt casum iudicium impossibilem talem viri temeritatem: *Quomodo huc intrasti?* Quid est, quis audeat ad S. accedere Synaxim veste non ornatus charitatis, sanctitatis & puritatis? Credamus possibile quæpiam communionem frequentate non ea preparatione quam requirit Deus vt suam illi communicet essentiam? Quod si ad necessariam requiritur dispositionem charitas & opera vita statque digna Christiano, quænam in te laudabitur preparatio, qui viuis vt nō Christianus? Si vite perfectio Christianæ consistat in abrenuntiatione pomparum & deliciarum sæculi, tu qui totus his quorundam immergeris, & ambitioni studes: pariter ne ubi negligens vel vicia voluptas elabatur quæ in illo tibi offertur: qua ratione diuinū huc adducis ornatum?

Si Christianus es diligere tenetis proximum tuum illumque vt fratrem habere (vt enim probat Cæsar Baronius titulus hic fuit ex quo in primitiua Ecclesia cogniti fuerunt Christiani: *Frater* omnes enim qui filij sunt Ecclesie, filij sunt vnus Matris & Patris Christi, cui assimilari debemus vt filij legitimi, in vnio mirate & amore quo tenemur alterutrum diligere eo modo quo ipse vt Pater noſter, nos dilexit) tu qui hoc tantum intendis qua ratione sanguinem illi & quicquid habet ex fugas, qui moleſtus illi ſulcitas vt ignominia compescat vita que tollas, quomodo huc ſatisfacis obligationi; & si huius complementum fit ornatus ille insignior, quem Deus exigit ab intrantibus ad nuptias S. communionis: tu qui longissime ab illo abes, quibus polles viribus, qua turges potentia vt ad illas audax ingrediaris? sine illis communicat Deus animæ esse suam Diuinum: nam in hoc

possibile
K
potissi

X.
Ob ceteris
defectibus
appellatur
ille de
proprio

Matth. 22

42

XII.

Anna De-

mi. 43.

11. 44.

11. 45.

11. 46.

11. 47.

11. 48.

11. 49.

11. 50.

potissimum innotescit Dei misericordia ac benignitas quia te demulcet, quam tamen tu pauperi non exhibes: cum viscera quidem habeas quibus illum fame videas emolentem, nec tamen vel parvula succurras elemosyna quomodo te persuades rite dispositum ad divinam hanc communicationem? Ad illam te prepara & multis quidem diebus charitate, sanctitate, puritate & misericordia: cum enim haec tibi bona Deus communicet digne accedenti, quae sunt patrimonium illius Regale ratio postulat, ut ex parte tua profectum in illis procures, quatenus te Deus hac dispositione dignum ad statum eucharisticae suae essentiae digniorem.

Pascha Iudaeorum, & ascensionem multo derogat. Ita ut ne ante Pascha ut sanctificarent se ipsos, & quomodo se sanctificabant? Respondet D. Tho. Nalus audebat comedere agnum nisi mundus; & ideo praevenerant tempus Pascha, ut interim purificationes se ipsos possent in Pascha agnum rite considerere, purificantes se ab omni eo quod illis poterat inquinare, emundantes se ab omnibus maculis affectus carnis & sanguinis, & tempus impetentes virtutum operibus quibus sanctificabantur dignique ad esum agni censebantur. An ergo ad mortem & esum agni tanta preparatio? Vique est enim agnus mysticus qui nobis in memoriam reducit agnum illum in Aegypto sacrificatum, cuius sanguis multum nobis cooperit egressum de servitute illa liberam: etenim eo conspersi ab Aegypto percutiente redibamus immunes, & soluti a tyrannica servitute Pharaonis egressi sumus: deinde eodem eius sanguine a scelere nostro mundum maculamur.

§. 14. Decernit Deus ut ad esum agni Paschalis se Iudaei prepararent, quo nos compellat ad digniorem multo preparationem ad S. Communionem accedentes, cuius hic figura fuit.

Si igitur ad celebrationem huius Paschae & agni manducationem tanta requiratur dispositio & necesse sit se sanctificare, quibus praestitum se ad epulum dignos arbitrentur, quae necessitas futura est ad Pascha nostrum preparari, in quo nobis manducandus traditur caelestis ille agnus iam pro nobis immolatus: cuius sanguis mundum redemit, nos a servitute eripuit, aeternam nostrorum scelorum maculas expurgavit, caelum aperuit & eius gloriam omnibus reddidit patentem; ut illa perferamur deinde nos deo conciliavit? Si agnus ille Pascha fuit Iudaei, quid nobis erit agnus hic divinus? Si ad eius commelionem tanta praevenerat purificatio & sanctificatio, ad huius manducationem equam requiratur digna purificatio? Si nullus se iudicet rite dispositum qui pluribus ante Pascha diebus non venerit ad templum & sanctificatus fuerit, quis se dignum existimabit ad sacram hanc communionem, si templum non frequenter Ecclesiae, atque in eo per Sacramentum penitentiae non se sanctificet, & multo studio multoque tempore se preparet, studens mortificationi, mundi execrationi, ipsique meditando oculos?

41
In 4. Sententia d. 8. q. 2. solut. ad 4.
I.
Agnus Paschalis significabat Christum.

S Eraphinus Doctor D. Bonaventura probat agnum Paschalem in lege Moysi expressam gessisse figuram V. Sacramenti: quia proprie significabat agnus ille passionem Domini, ex qua omnia Sacramenta suam erant accepturavitatem quam habent. causandi gratiam: & quamvis verum sit illa omnia efficaciam habere ad illam causandam, sumendo illam quam continent ex passione Christi: quia tamen singulariter continentur Christus, secundum quod illum consideramus in passione sua, in hoc divino Sacramento: ideo significat notabilioribus notisque expressioribus praefiguratus fuit in agno Paschali: unde insignior fuit inter reliquos, figura huius in lege scripta: quinimo arbitror idcirco a Deo decretum ut filij Israel Pascha celebrarent agni singulari quadam preparatione. Haeret D. Thom. in eo quod ait D. Ioan. quod Iudaei celebrati hoc Pascha immolando hunc agnum: idcirco dictum Pascha agni, atque Hierosolymam constiturum ex omnibus Regionis partibus, pluris diebus ante festum ad templum concurrerent: erat hic locus ubi sacrificium erat

D. Thom.
In 1. 2. 11.
Ioan. lect. 8.

II.
Iudaei se ad hanc solemnitatem preparant.

litandum & agnus comedendus: atque diebus aliquot se ipsi quibusdam impenderent operibus, quibus sanctificarentur, & ab omnibus peccatis suis atque imperfectis mundarentur, ob quas impediri poterant & retineri a celebratione Paschalis & manducatione agni. Hoc Evangelista verbis illis indicavit: *Proximum erit*

Pascha agni nostri Christus in V. Sacramento verus & legitimus Dei filius, Ecce agnus Dei, ecce qui tollis peccata mundi: sacrificatus in amoris igne; hic enim in Divino hoc Sacramento triumphum de Christo docuit illustrissimum: si igitur Pascha sit adeo solemne ut pluribus excusetur a iudis veterem illam solemnitatem accedentes.



cedentes ad illam Iudei tanto labore se conentat sanctificare: ad hanc nostram solemnitatem & huius Sacramenti celestis conuiuium an iustum non erit se primum per penitentiam, opera virtutis & charitatis sanctificare, vt ita ad eius reddamur digni manducationem? Quod si rigor & libido affectuum nostrorum carnalium obdit spiritui, vt illorum inopportunitate debilitatus se nequeat attollere ad profectum ex fructibus huius diuine communionis referendum: nunquid conueniens erit vt rigida abstinentia seueritque ieiunij illi mortificetur, quatenus spiritus ab his solutus & bene dispositus utilitatem ex illis possit haurire copiosam?

V. Miror summopere quod Angelus præcepit Esdræ sacerdoti, Pjssimus hic doctor maximoque contristabatur ex aduersitatibus quibus Dei populus captiuus in Babylonia & Chaldaea affligebatur: exoptans autem certa quedam percipere nuntia, quando quibusue modis ab illo tolleretur iugo captiuitatis liberque in patriam remearet: quo sine feruentius pluresque Deo præces offerret: & ecce apparet illi Angelus atque: serue Dei hoc tibi sit compertum me celestis nuntium vt nonnulla tibi quæ nosse desideras, aperiam mysteria: prout requiritur: priusquàm illa tibi significem tuque possis intelligere, ante omnia te disponas idque hoc modo: in desertum secede ibique plures dies consecra orationi, carnem ne comedas nec quidquam solidi, floribus tantum vesceris. Vnum obsecrabis, vt quæ nosse desideras mysteria tibi reuelent: *Ibis in campum florum, ubi domus non est edificata & manducabis solummodo de floribus campi & carnem non gustabis, sed solummodo flores.* Ad finem dierum floribus bene pallus tamque delicato alimento quasi spiritualitatis audit ab Angelo sibi declarari mysteria eaque altissima dum ille representat mulierem formâ quidem speciosam sed inane factam lacrymarum, vnicem dolentem filium sibi morte raptum eumque vnicem formosum & insignem insulari pinus aureæ, cæteris sapientiorum inter varios mulierum moribus magis compositum, atque in ætatis flore veruante subita nec collapsum. Quis hoc capiat Sacramentum, vt ad talem visionem tantam requirat orationis perseverantiam talem solitudinem, talem abstinentiam, tales cibos, flores inquam in alimentum?

VI. Indubie præla a Deo hic nobis insinuat mysteria sed cæteris excellit diuinum hoc S. Sacramenti conuiuium: est etenim representatio quæ-

dam nouaque commemoratio dominicæ passionis: bema nisita D. Thom. *9 S. conuiuium in quo Christus præparatus fuit, recollitur memoria passionis eius.* Et sicut te ad S. tempore passionis Dominicæ Ecclesia per illum Synaxim. insuit amictum fundique vberibus lacrymas quæ dolet sponsum suum Christum patientem, idcirco ostenditur in muliere illa, luctu tabescente, corde contrita, fletu macente, & gemitibus suspirante. Morientem illum conspicit, atque iam stertentem, mortem patientem omnium maxime ignominiosam: vtque eius perpetua viueret memoria Christus hoc nobis reliquit Sacramentum: vt igitur ad hoc mysterium in mysterium accedas, atque in te Dominicæ passionis reficeretur memoria dum illum recipis, præclara poscitur dispositio vt sic illo perfruaris.

Primo de mundi egrediendum est tibi negotijs ad desertum solitudinis tuæ, procul ablegandi sunt affectus carnis & sanguinis, mortificandæ ieiunij eius passiones, non aliud gustandum nisi flores, id est virtutum omnium exercitia: sunt enim flores ob gratum odorem quem de se exhalant bonumque exemplum quo oculos recreant intuentium. Præpara igitur te primo si desideres vt in hac sacra communione tibi Deus passionis suæ mortisque fructus communique, & per hoc cognitionem haurias mysteriorum a deo sublimium, atque animæ tuæ profectum in huius Sacramenti diuinissimo conuiuium: iâ tuas luxuriosus omittat lacrimas, iam suis auarus renunciet vsuris, sanctoribus & iniquis contractibus, mundanus suis valedicat delictis, vindictæ flagrans odia conterat in amicitiam, in amore Dei tepidus iam incalcescat, tardus & negligens in ijs quæ Deum tangunt siueque sunt muneris amodo dimissis omnibus his spiritum erigat in contemplatione magnitudinis beneficij tibi hic concessi, quâ in anima sua nouos excitabit affectus ad perpetuam Deo gratitudinem: sicque legitime dispositus accedere poterit ad celestem hæc mensam, ex qua fructus referat vberitudo: quare sicut in illa cibus illi exhibetur agni illius diuini cuius figuram expresse agnus ille Paschalis Iudæorum: & illi ad huius festiuitatē tanta se diligentia & sanctitate præparat: ita quoque vt Pascha celebremus celestis conuiuij huius SS. Sacramenti fortior nos vt get ratio, vt multo nos diligentius præparemus: quandoquidem conuiuium hoc tanto antiquum illud præcedit dignitate quanto figuram antecedit figuratum.

9. 11. Cum tam excellens sit cibus conuiuij SS. Sacramenti. praecepit Deus ut Sanctos in calo aduocemus qui velut vicini nostri nos adiuuent eo modo quo in conuiuiio agni Iudeis Deus mandabat ut vicinos suos conuocarent.

Am figuram prosequimur agni legis Iudaeicae & festum Paschatis in ordine ad festum quod celebramus in conuiuiio SS. Sacramenti declaranda nobis venit circumstantia illius Paschatis & conuiuij, ut ita nostri Paschatis & S. communionis discamus circumstantias. Plane admiranda sunt ceremoniae quas Deus seruari praecipit in manducatione agni. Prima ut fit: Agnus annuclibus masculis sine macula: & quomodo manducabitur Tenentes lumen in manibus, non naturale lumen solis, commune omnibus hisse visibilis, sed lumen candelae: quia nocte epulum hoc celebrabatur & noctu lumen solis nobis non proficit sed candelae. Huius agni manducatio fieri debet cum lactucis agrellibus & amaris, quas vult vt primo manducent, quibus ad agni esum preparantur. Deinde praecipit vt totum comedant, nec quidquam in mane seu die in sequentem referuetur. Domine si forsitan in domo non nisi duo fuerint maritus & vxor nec alij familiares, cum integrum deuorare non possint quid illis agendum? Sin autem minus numerus ut sufficere possit ad rursendum agnum, assumet vicinum, qui conuincatur est domus sua, vt patet cum illo agnum integrum depalcatur. O Caeleste mysterium! Instruit Deus nobis caeleste conuiuium, introducit nos ad diuinum Pascha agni Christi Domini: Ecce agnus Dei ecce qui tollit peccata mundi, sine macula totus mundus & impollutus: Sanguine quasi agni immaculae ait D. Petrus vt eius puritatem indicet & munditiam. Ad huius agni nos inuitat mensam, in qua lumen in manibus gestare nos oportet & illud non naturale sed candelae. Quia de conuiuiio loquitur SS. Sacramenti quod celebrari debet luce cognitionis, quod Deus in illo fit.

I. Ceremonie in manducatione Agni Paschalis. Exo. 12.

II. Vicinus aduocandus.

III. Lumen in manibus ferendum.

Quia veto cognitio naturalis hoc non potest comprehendere, non vult vt lumen sit naturale, sed candelae nempe fidei quae nostrum illuminat intellectum quoad cognitionem huius mysterij in medijs huius vitae tenebris, in qua Deum

cognoscimus oblcua tantum fidei cogitatione: haec est quae ardet praebetque lucem, quia cognoscit amicus illum sub velamine accidentium, nec illum in die gloriae remoto omni velocitatem gloriae lumine conspicimus. Quasi latens licentia in caliginoso loco donec dies luceat. Haec nobis accedendum est, nec taliter qualiter ferenda sed in manibus id est operibus: quo declaratur non accedendum ad hoc epulum sicut tantum mortuus sed viva operibus carnis ac victum, nec in operibus hoc conuiuium lactucis agrellibus, velut caliditate necessaria: Quia vt ante diximus. praeceptum ad S. accedamus communionem, opus est vt praedat amaritudo quaedam & dolo. de peccatis nostris in Sacramento poenitentiae: hoc praerogati debet quo ab omnibus munimur inquinamentis, & spiritus rite praeparati ad eius receptionem, ita vt nobis sit vultus.

Ad hunc nos inuitat agnum, ad eius nos conuocat Pascha, ad illud praecipit vt his accedamus circumstantijs: quia conuiuium est cibi fortioris & robustioris integri nimirum agni, & totius Christi, eius sanguinis, corporis, animae & Diuinitatis, conuiuium eminentissimum: cuius etenim excellentia mieri nostri stomachi longe superat capacitatem: dico, nulla est in intellectu creato capacitas qua capere possit tantum mysterij cognitionem & anima se lenit velut angustiam nimis & coardatam quo possit illum recipere: nec enim in illam cadit, secutum esse eius naturale viresque naturales vt cognoscit hic totum latere Deum, nec potest ita eadem tam perfectum illi concedere: ingrellum, vt totum quantum est, dignum recipiat: est enim grande conuiuium, conuiuium integri hominis agitur quia conuiuium est cibusque Dei qui sustinet omnem naturam creaturam superat capacitatem.

Optimum remedium habes praeparandum, nimirum aduoca vicinos tibi in raxium ad referendum scilicet sanctorum implora. Iam b arorum: quatenus vt participatio illa gratiam a Deo impetrent vt anima tua dilaret stomachum, illumque calefaciat vt nullo obstante impedimento illi dare possit ingrellum, & soluta ab omni frigore in eius amore, calore ferueat illi conformi, vt illum confirmat huius incorporat fiatque Deus, vnum cum anima. Iam facio tunc fuisse: numquid in illo sacerdotem sese quasi super haec extollem inferiora imo supra seipsum, cum voce simul con-



nam corda subleuet ad Deum & quasi cogitatione caelestem videatur ascendere curiam: quo omnium corda animo que disponat: partim vt excolendo hominum corda de terrenis affectibus: quareant: velut ab illis separata se ad eius receptionem digne preparent, ablato omni impedimento quod obicere ponat gratia illius cuiusque augmentis in vita spirituali: partim vt Diuina illa intrans palatia sanctos illos in gloria viuentes sibi conuocet, vt sua intercessione illis succuriant vt à Deo impetret tam sibi quam cunctis decentem curiam & necessariam Sacrae communionis dispositionem, quam nobis preparat vt verborum consecrationis est eadem constantium & Pascha huius caelestis agni, ad quod omnes inuiamur in templo S. Ecclesie. Et sic dicit sacerdos: *Sus sum corda*: q. d. vos ad me uos vt cogitationes uestras in Deum dirigatis hic terrenis ualedicatis & corda & animas sursum ex tollatis iam enim inflat agni huius caelestis consecratio: atque vt illum digne recipiamus par est vt ab humanis liberemur affectibus: colque in Deum extolamus: tam enim illi approximamus, vt ad ac: esset nos inueniat orate dispositos: *Sus sum corda*: sicut corda nostra quasi à solo Deo dependentia.

Et consilium quasi coram Deo assilens, & cogitatione caelestia illa ingressus palatia totamque petambolans antram, omnes aduocans Sanctos, & cum illis pariter in conspectu Dei consistens, sic ait: *Communitatis & memoriam uenerantes in primis gloriosa & Beata Maria semper Virgine, sanctorum Petri & Pauli &c.* & profectus quasi singulos eorum compellat, vt illi in hac agni manducatione subueniant. Quid est hoc? Cui hæc uerba seruiunt? Quia Ecclesia militant iam vicinis est triumphanti, sicut exponit

D. Paulus: *Hæc enim sunt duo testamenta, uiam quidem in monte Sina in formam generans, qui conuictus est ei quæ nunc est Hierusalem: illa autem quæ supra est Hierusalem, libera est, quæ est mater nostra*. D. Thom. declarat hæc duo testamenta duas esse ciuitates: & cuiusque ciuitates quas Deus possidet, & cuiusque ciuitates dicuntur filij Dei & ciuitas uocatur mater eius:

Filia Hierusalem nolite flere. Vbi Christus filios appellat ciues Hierusalem: & Ieremias eadem phraasi dicit: *Filij Syon anclisti*. Vna inquit D. Thom. ciuitas est terrena: *Vna terrena scilicet Hierusalem terrena uel spiritalis scilicet Hierusalem caelestis*: Quia uero per uetus testamentum homines ciues habent primæ Hierusalem, &

per nouum secundæ, idcirco locus assignatur ubi primum testamentum fuit confirmatum, nempe in monte Sina: quia uero lex illa non caelestia sed terrena bona promittebat: *Si enim possideris mandata mea, bona terra comedis*: illos excipit vt seruos promittit nimirum temporalibus: unde ait significatum fuisse per Agar, de qua Abraham nullos filios liberos genuit sed mancipia: quia bona terrena ad illos spectant qui se illis uelut seruos addicunt & idcirco dicitur: *In seruitum generans*. Simul etiam locus notatur ubi nouum testamentum fuit constitutum, caelestis nempe Hierusalem: quia lex gratie nobis bona promittit gloriæ, quæ quia sunt ad præclarum promittuntur filijs Dei illa scilicet quos vt filios suos excipit liberos & nobiles: *Quia lex nona sic D. Thom. generat filios quibus debetur hereditas*: & cum hereditas beatitudinis sit uelut domus propria filiorum Dei, illis solis debetur & nequaquam seruis: *Seruus non manet in domo in æternum: filius autem manet in æternum*.

Idem filios ueluti testamenti, legis nimirum VIII. gratia, filios nominat & liberos, quia ipsis paratur domus caelestis Hierusalem scilicet gloria: & ita quasi vicini sunt ciuibus illius Ecclesie: ut triumphantis ciues illius Ecclesie militantis: & sicut in illo monte Sina Deus filios Israel non custodiebat uelut in perpetuo habitaculo, sed sicut qui ad terram tendebant promissionis, quæ figuram genuit caelestis Hierusalem ad quæ iusti proficiscuntur: sic nec illos habet Deus in Ecclesia militante, uelut in perpetua mansione semperque duratura, sed quasi proficiscentes ad triumphantem, unde ait: *Qui conuictus est ei quæ nunc est Hierusalem, quia ualde vicini sunt ciues Ecclesie militantis ciuibus triumphantis & hanc utriusque Ecclesie declarans uicinitatem D. Thom. ait: Qui conuictus est ei per continuationem intrinsecum in Hierusalem*. Itaque declarat Apostolus Sanctos gloriosos nostros esse uicinos.

Statuit igitur Deus ut in manducatione huius agni in S. communionem uicinos nostros aduocemus subdidimus sanctorum: cum enim sit conuictum agni inuicem Christi, eius corporis, animæ, sanguinis, & Diuinitatis, non potest antequam ad uis relictis uiribus totum illum comedere, frægia intercedente uero sanctorum Patrocinio, certissime poterit perfectum illi dare ingluuium ut se, & capacitatis eius stomachus amplissime dilatabitur, ut locum illi tribuat magnum eius

conuenientem: unde dum Sanctos aduocat hoc quasi dicit. Domine intellectus meus: ex se ipso Buccellam hanc nequit comedere, nec voluntas mea congruam illi parare dispositionem, nisi gratia tua lumenque supernaturale illam conformet: Sanctos aduoco, vel ut is qui vicinorum opem imporat, ut eorum intercessione illam valeam impetrare: & videat quod ille Dominus sit ille quem Maria Virgo peperit, illa illum credidit, & sepe numero in S. recepit: communionem Sacramentis. D. Andreas ille fuit qui fide huius Sacramenti etique receptione spiritum suum animavit mentemque roborauit ut quolibet pro Christo dura pateret. Fortissimi martyres eodem modo illum credentes & communicantes, perferendis in martyrio cruciatibus se dispulerunt: SS. Doctores in eius cognitione fidelem denuo fouerunt, spem roborarunt, & Charitatem in amore Dei feruentius accenderunt, illi S. Communionem resiciuntur. Quis vires addidit Confessoribus ac Virginibus quibus vultu pacifico iunctoque animo penitentias tollerarent & mortificationes? Ne dubites virtus erat

Divina ipsis in manducatione celestis hinc agni communicata. Hinc duo collige. Primum remedium contra tentationes de fide quibus fluctuas circa hoc SS. Sacramentum. Secundum subsidium Sanctorum quos invocat: ut à Deo tibi preparationem impetrent eius acceptum necessitatem. In ordine ad primum, cogitandum est te non plus posse quam Sancti possunt, nec acutiori quam ipsi possint iudicio: illi hac transierunt, & illum hic credentes, modo in gloria clara eius fruuntur visione: ad illos accede & hanc assidue considerationem ne te prolixius tentatio. Hoc est vicinus aduoca, & ipsam suffragijs ad Deum tibi impetrabunt, ut licet ipsis per misericordiam suam, eam concessit preparationem quam habuerunt ad eius receptionem, ita tibi quoque illam concedat: quatenus hic illum digne recipiens, & candela hinc manducans totum hunc agnum, coepit, animam & diuinitatem Christi Sacramentali, Iuxta eius visionis perficere & integre in gloria illo perfruas. Ad quam nos perducas Dominus noster Iesus Christus. Amen.

HOMILIA III. DE MANSIONE QUAM DEVS IN ANIMA FACIT PER SS. SACRAMENTVM.

Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in eo. Ioan. c. 6.

¶



Ingulatis omnino fuit illa Dei praxis qua nos ad se conueheret sequi nobiscum venire ut vnum quid cum illo essemus. Nemo dubitat quin peccatum nos à Deo longe separet: quia cum in illos nos conuertamus ad creaturam, à Deo nos elongando: infinitam ponit distantiam, quam ut declararet vates Abacuc insigni vsus est exaggeratione dum ait: *Mundi sunt oculi tui Domine nec uales ad iniquitatem respicere:* cum tamen tales sunt ad-

Abac. 4.

eoque perspicaces ut minimo obtutu ad entremos usque mundi limites pervadant, omnia penetrent tempora & ætates à primo momento distans usque ad vltimum futurum: *A facula usque in Deo profeculum respicit:* his non obstantibus dicitur quod carum ut ad peccatum usque nequeant peruenire, non illud quod illud non videant aut quidquid in eo est quatenus penetrant: quandoquidem Deus hoc iudicat & tota penit, sed ut innotescat quantum ab illo distet, & ab illo qui illud committit, propter infinitam distantiam qua se à Deo elongat. Hinc confortamiter multa diximus alio loco.

Quod si scrutari mens sit quis peccato delectat principium, inueniemus causam huius fuisse carum:

II. Hac ob-
no
proci-
tante
ntia.

carum: quia in nobis ex ipsa mors nostra pro-
cessit: peccati infirmitas. Hoc supposito si
elongationem hanc ad sua reducimus princi-
pia quae in nobis est à Deo separare. Igitur
sapientia Dei praxi venit in a. Diuina, ut illa
ipsa carne utatur (est enim illa quam Verbum si-
bi personatiter vniuit quomus in eo sit. princi-
pium vitae) ea quoque sumat ut medium propor-
tionatum quo nos sibi vniat: ita ut dum illum
in SS. Sacramento manducamus, nos in illo
maneamus & ipse in nobis: etenim magnitudo
operum Dei non tantum consistit in eorum ef-
fectibus secundum quod ipsa sunt, sed in modo
quod eligit ut ea perficiat: medium nimirum
quod iudicat homines nimis illi proportiona-
tum, & hoc ipsum assumit ut illa perfectiora o-
peretur: vti manifestus apparet Diuinae e-
ius sapientiae magnitudo, & potestas omni-
potentis.

III. 2

Agens Christus Dominus de sine ad quem
cum Pater miserat in mundum, sic ait: *Me opo-
rari operari opera eius qui misit me.* Primum au-
tem & principale opus est nostrae redemptionis
quod cum excellens a deo sit & supereminens,
de illo dixit Isaias: nec oculus vidit nec auris au-
dit nec potuit creatus intellectus tale o-
pus imaginari: cum enim opus hoc tale sit non
consistat tantum in magnitudine eius, quan-
doquidem per illud Deus nos de Satanæ rede-
mentis eruit, vitam nobis infuderit, mortem
nostram occiderit, nostraeque damna repara-
rit: quantum in eo quod illud efficiere Deo fue-
rit facillimum est enim vita per essentiam, aeterna
gloria, honorumque eternum abyssus. No-
tum tibi sit huius operis mylletium latuisse in
modo & medio quod Deus elegit ad illud perfici-
endum: quia nobis morte sua vitam tribuit,
paupertate diuitias, captiuitate & vinculis li-
bertatem, ascensum in caelum eo ipso quo eis
confixus in terra cruce suspenditur. Hoc o-
pus est adeo sublime, ut illud capere non
possit humana sapientia: quocirca gentiles hoc
stultitiam iudicauerunt & Iudaei scandalum, teste
Apostolo.

IV.

Modus hic est quem saepe Deus assumpsit
quo opera sua in finem deduceret. Elegit Deus
Salem in primum populo suo Regem, a firmas
quod per illum licet de infima natura
tribu Israel, populum suum ab hostium Philis-
tinarum furore liberaret, à quibus tam arcte
premebantur: dubitant illi & inquitur: Num

saluare nos poterit iste? Medium videtur insuffi-
ciens & debile nimis, quo tam potentes hostium
nostrorum vires enerventur: censuerunt illud ut
nimis arduum, imo impossibile, ut Deus medijs
adeo improprietatis ad finem deueniret ita
praclarum & victoriam referret adeo glorio-
sam vires in infimis, reparationem vitamque
mundi destructione morteque Saluatoris. Hoc
igitur eodem medio vsus est ut se nobiscum v-
niat & inter alii repararet inter nos & Deum
à peccato constitutum, illi dante carne princi-
pium, nos à Deo elongandi, Deus: noster spiri-
tus est: *Deus spiritus est*: caro vero impugnat
spiritum: *Caro concupiscit aduersus spiritum*, &
spiritus aduersus carnem: ubi igitur contentio est
& pugna, necessario sequitur diuisio & ita caro
illam causat inter Deum & nos, facitque ut ab
illo nos distantia separemus infirmita. Hoc er-
go sic concessit, Christus Dominus, ut sibi proxima-
nos vniat, firmiterque nobiscum maneret, *ma-
nus*.
non alio vitur medio quam ipsa sua carne:
hanc etenim nobis exhibens in Sanctissimo
Sacramento ita nos vult Deo propinquos
ipsique vnitos ut per illam efficiat ut in ipso
maneamus & ipse in nobis, quatenus per hoc
nobis pateat excellentia quoniam sibi vnit, Deus
noster vita est: *Ego sum vita, veritas, & vita*: ut au-
tem illam nobis communicet, nobis illud tribuit
quod in nobis mortis fuit nostrae principium:
ut ita habentes vitam in nobis, habeamus nobis
vntum ipsum Deum qui est vita: & hoc in quo
declaratur à carne & sanguine ipsius quem scilicet
nobis exhibet in cibum & potum ut per hoc vi-
uamus & viuendo nobiscum habeamus & in qua no-
bis ipsam carnem quae in ipso vita fuit. Mirari
bis vita-
fatis non possum loquendi modum, quo D. est.
Idcirco nobis hoc proposuit quod Deus fecit in
Christo nobis daturus vitam, illam nostrae vni-
do quam operatus erat in ipso: *Quod factum est Ioan. 2.
in ipso, vita erat.* Multi diuersimode legunt hanc
clausulam, sed modum sequar D. Ambrosii. rell.
quos tamen non damnans: hic enim est quem
proposuit: quoniam D. Ioan. huic videtur fauere:
*Quod fuit ab initio, quod audimus, quod vidi, & loquutus
est oculis nostris, & manus nostra correptaue-
runt de verbo vitae, & vita manifestata est.* Hoc
dicit D. Ambrosius: vide quid factum sit in Christo,
quid apparuerit oculis nostris, hoc ipsum vita
nostra est, *Caro ergo qua in Christo apparuit, vel
Christus in carne ipse est nostra omnibus vita.*

Gal. 5. 17.

Y.

Ita per
causam
Deo ap-
p-
mo.

Ioan. 14. 6.

VI.

Ioan. 2.

Lib. 3. de se

de c. 3.

Ioan. 14.

His consequenter magis in particulari
quaerit quid factum sit in verbo? Cer-
tuni



VII. Et hæc in Christo facta sunt.

tum est quod factum non fuerit esse Divinum, nec persona Divina. Hæc etenim *Fuit ab initio*. Sed in ipso in tempore facta fuit natura humana nostraque caro. Secundum hoc ca. o Christi vita erit: quæ in ipso facta fuit & oculis nostris apparet. *Ut igitur nos sibi Deus y-niret, nobis in cibum præbet vitam* quæ in ipso facta est, carnem nimirum suam & sanguinem: quatenus his à nobis sumpris, vitam adipiscamur quæ nostram traxit in ruinam, & simul incorporando nobis hanc carnem, quæ est vita, cum Deus sit, Deum nobiscum habemus: & sicut hæc vita quam nobis communicat est vita Dei, quæ in ipso est, ita propter eam quæ in nobis est ab eo participata, dicemus quod in Deo sumus. Et hoc modo dissolvitur illa distantia quam inter nos & Deum statuit peccatum, natum à principio mortis nostræ, carne scilicet nostra. Ita Christus nobis: *Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem in me manet & ego in illo*. Nobis hæc dedit carnem, quæ est vita nostra, cælestis illa Regina Maria Virgo Deipara, in cuius perissimo sinu ut matre eius formatum fuit operante Spiritu sancto ex purissimo eius sanguine corpusculum illud quod est vita nostra, qua Deo vivimus Deusque nobis: eum igitur per illam tantum acceperimus bonum quis nobis alius lucem ministrabit de hoc actus nisi ipsa Virgo cælestis: etenim ipsa suo suffragio nobis gratiam impetrante hoc eo modo quo possumus explicare conabimur, sicut secure bonum obtinebimus vitæ divinæ ad illam igitur recurramus eam cum Angelo salutantes: *Ave Maria*.

§. 2. Est hæc solemnitas principalior digniorq; cæteris mysteriorum Christi solemnitatibus: quia realiter in nobis habemus presentia reali & vera id quod celebramus.

63 I Ratio in-
sentio-
nis huius
felli.

Vdicaui summus Pontifex Urbanus Quartus mysterij SS. Sacramenti dignitatem, ita reliquorum excellentiam excedere, ut ratio non permitteret illis, omittere celebrationem: quinimo nobis particulare iucumbere debitum signis illud recolare festinioribus quam cætera mysteria: cum igitur Sacramentum hoc tantis ad instantiam D. Tho. & particulari motus Spiritus S. inspiratione summus Pontifex solemnita-

tem insublime hoc in tempore exhibendam SS. Sacramento: in eum finem constituto nem illi edidit Apostolicam quam refert Papa Clemens V. in Concilio Viennensi quæ est Clementis, & quam colligi iussit Papa Ioannes 21. cuius hoc est exordium: *Si Dominus in sanctis eius laudari debemus*. Et refert certò coultate ad hoc eum Divinus fuisse instructum revelationibus. Habet, inquit Sanctus hic Pontifex, solum hæc aliquid in quo cætera superat, realem scilicet præsentiam eius quod celebratur, quodque in nobis habeamus, & vixit simul illi quod in hac solemnitate recolimus: reliqua festa ac mysteria Christi, tantum secum præsens habent quod celebratur, quantum ad representationem.

Ipo festo Incarnationis Verbum Divinum non incarnatur, sed tantum nobis representatur. Alia factur velut incarnatum: & necesse est ut mente Deipendamus in Nazareth Virginique intrens scilicet cubiculum: illi comites atque cum ipsa panes in manibus insigne illud beneficium celebremus, quod Deos regnos indignos cumulat adum naturam assumptam sit humanam factus homo, nobisque se exhibuit puerulum tenellum adeo & foetiosum ut illum secundum representationem tantum imaginariam consideramus, & non reali & vera presentia Verbi Divini incarnati, quod solamne ditione oculis intellectus nostri præsens objigit licet non corporis.

Nec similiter in festo Nativitatis Christus nascitur quantum ad realem & physicam presentiam, nisi tantum quantum ad representationem intellectualem qua nobis proponimus in hac festivitate Christum recentem natum. In festo Ascensionis Domini & delectu Spiritus S. eodem modo sit retentum indubitatum est quod in illis diebus nec Christus cælos perieret, nec tunc descendat Spiritus S. in figura lingæ arum ignis in discipulos, sed solum nobis hoc proponitur mysterium, ut meditatio illud præsens exhibeat. Porro in hac solemnitate illud quod celebramus, mysterium est omnino singulare à Deo nobis collatum quo se in cibum eo nobis tradidit, quatenus illum velut cibum nobis incorporemus, & manente Deo in nobis, nos in illo quoque maneamus: cum enim sit cibum vivum, non solum manet in nobis quia illum comimus sed quia per vitam quam comitiet, in nobis illo manemus, ad eum modum quo in cibo qui vivit etiam noster manet sanguis. Hoc igitur est quod celebramus in hoc festo, & hoc ipsum est quod in illo præsens exhibetur, in quo

IV. Trobatur ex parte ista de signa perita
V. sancti habent Deum semper habere ferum.
Lac. 15
Hoc no
V. in

vt in ipso festo & quotiescumque voluerimus portam inueniamus apertam liberumque ingressum; quatenus in cibum sumptus nobis vniatur & incorporetur, nosque in illo maneamus.

Si ea de causa festa celebrentur vt nobis ad memoriam reuocentur beneficia donaque singularia nobis à Deo in illo cõcessa mysterio: vel vna pietate insignis singulque mirabilis viti alicuius sancti quo eius exemplo pronocemur & in nobis virtus gratiæ dona speremus non inferiora: certum est gratiorem in hac adesse rationem, qua maiori celebretur festiuitate: quandoquidem nemini nobis memoria refricet immensi illius beneficij quo se Deus nobis reliquit in cibum; sed & realiter verèque illum manducemus habeamus præsentem atque illius nobis vitam vnamus, qui fons fuit & origo totius sanctitatis Ecclesiæ: hoc concessio, ratio fua det & iustitia postulat vt festiuitas hæc maiori quam ceteræ cultu celebretur: quandoquidem in illo Deum habeamus ita præsentem, vt illum tenemus nosque in illo maneamus.

Communiter digniori celebratur hoc pompa quod pluris æstimamus: Fortuito perdidit mulier illa Euangelica dragmam illam pretiosam, qua non summa diligentia, euersa domo, cunctisque commotis quærit inuentura: quando vero felici omine illam inuenit quanti illam faciat ostendit, dum tali gaudio festum inuentus eius celebrat, vt cor eius tale videatur non posse capere: nec his contenta, insuper conuocat vicinas vicinasque cordis sui manifestat alacritatem, quatenus omnes festum peragant diem, illi ipsi declarante quanti faciat gemmam hanc perditam, at iam inuentam: illis vero mille congratulationibus illi applauditibus, eo quod nunc habeat quod tanti faciebat: *Congratulamini mihi quia inueni dragmam meam quam perdidit.* Tanti facit Deus animæ perditæ conuersionem, vt eam tanta celebret inuiditate & solemnitate vt toti celo festum indicat iucundissimum: *Gaudium est in celo super uno peccatore penitentem agente.* Nihil tanti faciunt electi quæ Deum habere secum: vt enim eum cognoscunt bonorum omnium compendium, dum illum habent, omnibus perfruuntur: hinc in illis ea nascitur sollicitudo ne desideres sint in illo conseruando, dumque considerant eum intus in anima sua, gaudium non capiunt immensum nimis quo delectantur. E contra vero nihil illos magis affligit & cruciat acerbius quam dum Deus ab

illis discedit Inter maxime mirabilia S. Scripturæ indicauit Abbas Rupertus lucram Iacob cum Deo esse singulari memoria dignam: *Famosa Lib. 3. in lucra & totius ore Ecclesia per orbem celebrata, Gen. 31. qua homo cum Deo luctatus est.* Lucra in qua Deus cum homine contendit amboque descendunt in arenam ad Monomachiam, præclarum quid est grauesque Sanctis Patribus mouet difficultates. Lucra hæc quam Iacob aggreditur vel iusta est vel iniusta. si iusta, ergo iustum forebat ille causam: vt enim definiunt D. Aug. & D. Tho. declarat, bellum enim dicitur iustum, quod iustam complectitur causam.

Quænam obsecro potest in mundo inueniri causa adeo iusta quæ bellum contra Deum iustificet? Si iniusta sit, qua ratione Deus bello se patitur impugnari iniusto? Iustissima fuit hæc lucra: ratio etenim eius Deo summopere placebat, & quamuis se Iacob ostendat aduersarium, hoc eo fiebat animo vt ille duplicatis orationum viribus eum superaret, quantum ad illud quod impetrare contendebat vt enim pro. at D. Tho. lucra hæc, viribus non agebatur brachiorum corporalibus sed spiritualibus: etenim tota peracta fuit oratione & fetu quibus Iacob Deum quasi constringebat: sunt enim hæc illa brachia (inquit D. Thom.) quibus caelestem illum Angelum fortiter constringebat Dei personam virtusque reprobentem: sicut postmodum Moyses iustis viribus adeo fortiter illum complectebatur, vt quasi vim patiens exclamaret: *Dimitte me.* Quinimo & sæpius hoc tibi contingit dum alius à te quidquam postulaturus, tanta instantia, tot rationibus, precibus & importunitate te premit & fatiget, vt dicas: nequeo me ab illo expedire, tantumque me stringit vt illi me cogat submittere: eodem modo sibi Iacob Deum in hac lucra precibus & lacrymis subiecit (hoc recte tali te modo agere debere eum Deo, vt illum quasi habeas tibi subditum & ei quod postulas indulgentem: quod fieri debet vi lacrymarum, persequentia orationis, precibusque importunis) quod alio loco protestamur. Illis igitur Iacob Deo bellum intulit & eundem iustissime: res etenim agebatur Deo iucundissima, cum ille tali affectu viribusque orationis illam peregerit.

Ait igitur D. Tho. quod Iacob periculum aduertens sibi præsens (intellegerat enim fratrem suum Esau copiosa militum manu contra eum accedentem) confugerit ad orationem, quem Deus solatus apparuit illi in figura Angelico

Rupert. Lib. 3. in lucra & totius ore Ecclesia per orbem celebrata, Gen. 31. VI. Hoc probatur in lucra Iacob cum Deo. Li. 99. in Iosue 9. 10. 2. 2. q. 40. ar. 1.

In. 31. Gen. 32.

Ho. 13. 5. 10. 10. 20.

II. illa hinc...
IV. Probatur...
V. sancti habent Deum...
Luc. 15. 9.

taque nocte comes illi adfuit: ad ortum vero aurora dum secessum parat, aduoluit pedibus eius Jacob totus in sulcus lacrymis. Hec fuit eius lucta cumque ea causa esset ne Deus ab illo decederet, bellum erat iustum: quandoquidem nihil Deo magis placeat quam si videat homines vires exercere: vimque adhibere ne ab eis discedat.

VII. Lucta Jacob erat iusta.

Arbitratur & iuste quidem Jacob se cum Deo omnia possidere bona, subsidium & amicum defensorem vires & potentiam quibus roboraretur, exercitum numerosissimum quo contra fratris copias seruetur in columis: vitam securam, quantumvis Esau eam illi conaretur eripere: bona fortunæ & gratiæ licet eum illis persequi laboraret. Omnia hæc & plura iustitia possidere dum Deum haberet secum: ut autem aduerit illum societatem suam velle deserere, larisque suam ac præsentiam subtrahere, se indicauit ut perditum: confestim enim ut ille decessisset, ut certum habebat Jacob quod omnibus primaretur bonis quibus ante abundabat, & qui prius vires suas viribus fratris iudicabat superiores, recedente Deo ipsamque deserente, sibi nunc derelictus & viribus infirmus, absque vilo negotio ab Esau fratre foret euerendus semper: quæ perditus, vnde sic ille Deo. Domine mi absit à me ut te dimittam & quantumvis decessum virgeas, hoc scio, maioribus te constringam viribus, oratione, lacrymis precibusque continuis. Domine ne decesseris à me, ne me derelinquas, non dimittam te.

VIII. Idem David quod Jacob postulabat. Ps. 70.

Nec aliud hic Jacob postulauit quam olim David: etenim non minus clare quam ille, cognoscens ea bona quæ illum comitantur ex præsentia Dei, nec non ruinam & interitum ex eius absentia: quando ab hostibus se luxit æceris pressum, conuertitur ad Deum & deprecatur: Deus meus ne derelinquas me: Deus meus ne elongeris à me neque discedas à me. Intelligebat illi sancti Deum esse omne bonum, omnem sustinentem omnem defensionem, omne subsidium: & sicut habentes illum secum, habebant quidquid illos reddere poterat securos: ita discedente illo omnibus essent priuandi è quibus aliquod poterant haurire commodum: idcirco luctabantur quasi cum Deo paribus viribus ne ab illis decederet, sed semper fidus adhereret, quo declarabant nihil illis tanti referre ac Deum habere secum, nec illis quidquam ita esse charum quod ipsos compelleret ad omnium rerum contemptum, ut ille poterat societas & assistentia Dei.

Illius iacturam per peccatum patimur: quinimo illi mibi persuadere Christum hoc indicasse in se. De qua rabola de qua paulo superius, nimirum de diageno leuano perditâ, figurâ hominis qui ne per peccatâ animâ sit est enim nobis dragma qui solus nobis esse fructus potest precium nostræ estimationis: qua nobis lectissimam contulit utilitatem summamque bonorum: sedula diligentia qua moler illam quæruit, domus euerio, omnium agitati, angulo rum excussio, preces deuorant & postulationes Antiquorum Patrum quibus Deum deuocent ut veniet in mundum factus homo, ut hoc modo illum recuperare eum nobilem locum tenendo perpetuum: Emitte Agnum Domine dominatorem terra. Quot lacrymas, quot suspiria, quot preces effuderunt ut illum attraherent in mundum & inter nos habitaret? Dies illi felicissima eluxit in qua per eorum merita de cœteruo (vt ait Theologus) dignatus est tantorum implere desideria: qui summo affectu illum sperabant, illudque tempus fuit quo natum illum quasi inuenimus: quod quidem se nasci debent sciam, cumque ita nobis viciniam accepimus, ut se quasi fratrem nostrum gesserit: Primogenitum in multis fratribus. Illa hora fuit in qua nectem in terra sed etiam in cælo celebratum fuit illud gaudium tantique boni possessio: quæ quæ quæ qui nobis de eius possessione congratulamur, Angeli ut vicini nostri: per acta cupiditates gloriam laudemque Deo cecinerunt, cui exultitia, laus omnis & honor debetur, & in terra pacem hominibus bonæ voluntatis, eum qui cessabit omnis inquietudo mentisque turbatio. Gloria in Excelsis Deo qui in terra pax hominibus bonæ voluntatis, itaque propter summam summam boni æstimationem, Deum intelligo, quod per aduentum Christi recepimus, cæcum & terra festa celebrant nobisque congratulamur. Quinimo Saluator nollet desideria exposcisse antiquorum Patrum hoc festum celebrandi: cui nos accepimus possessionem, dixit de Abraham quod illud lumine tantum cognoscens Proprietate quæ res à longe cognoscit, singularem festum hoc hilaritate celebrari: Abraham exultauit ut tu videret diem mortuum, visis & gratias est. Diem suum dicit illum in quo se hominibus tradidit in temporali sua nativitate & societate cum illis: & quia die in illum Abraham in spiritu sanctum vidit, gaudio celebrant illum effusissimum. Nos igitur qui illum iam habemus ita nobiscum ut in nobis sit, se nobis vniam, se nobis præcibus in cibum ut ita illum actus nobiscum habeamus.

Quis enim Deus est ipsa essentia bonitatis, necesse est ut qui iuxta Deum ponitur, a malo liberetur. Aliter fieri non potest & plane necessarium est, ut ab omnibus vir ille malis liberetur qui Deo proximus est, sic ut nullum vereatur infortunium, vivere potest ab omnibus curis expeditus qui hoc adeptus est bonum: cum enim sit essentia ipsius bonitatis, nullum potest illi approximare malum: quis ergo timor illud patendi? & si eodem Doctore teste: tunc quis Deo proximus est quando amor eius illi nos ponit proximos, dicitur vbi tam magis quam in SS. Sacramento nos tunc eo vniat amor eius Diuinus? Hoc admissio cum in illo maneat Deus ab omnibus voluit pena & afflictione liberare quocumque illas inferente.

Propheta Regius agebatur nimis & supra modum laboribus affligebatur: etenim circumquaque premebant illum vrgebantque aduersa: a foetore Saul immitem tollerabat persecutorem qui insatiabili rabie sanguinem eius libere conabatur vitamque tollere innoenti: filius eius Absalom debitam Patri negat reuerentiam, contumeliose afficit, totoque conatur Regno exturbare: Patri subditos mouet ad seditionem, & illi arma sumunt rebelles, cui necessitati ut de opportuno prouideret remedio, necesse fuit praesidia munire militibus, exercitus conferbere qui illa defenderent, Capitaneos eligere copiarum ductores, omnibus prospicere iuxta cuiusque necessitatem: ipsum vero lanceam manu atterere, in arenam descendere, sua praesentia & exemplo cunctum animare populum. Jam tunc negotia ciuilemque processum domum festinanter eum compellebant ut litigantes audiret, finem processibus imponeret causasque litium definiret: quid plura se negotijs causisque venit circumuallatum quibus supra modum turbatur & affligebatur: his agitum arumnis depressus mentem suam sursum ad Deum e igit atque de imo pectore vocem hanc emittit suspirandam: *Quis mihi dabit pennas sicut columba: Et volabo. Et requiescam a tot malis, afflictionibus, & tumultibus, quibus circumcingor, quo fiat ut ab omni cura recreer & afflictione.*

Non miror audire David ita quietis audium: cunctis etenim creaturis naturale est illam sibi quaerere: lapis in alto per vim detentus, ablato quo detinebatur impedimento, ne descenderet, quo non impetu descendit? Quanta non requiritur violentia ut in sublimi detineatur? Ab illa vero iam solutus violentia, proprio ac naturali impulsu

§. 2. Ad omnem nostram sollicitudinis quietem se nobis Deus reliquit in SS. Sacramento: hunc enim David quaerebat curarum suarum leuamentum.

Sancti Deum semper habuerunt in locum refugij, sibi que persuaferunt quod eos Deo proximis nihil possit inquirere. Ita opinatus est Propheta Ios dum enim calamitatibus vultique premeretur intolerandis, ut his remedium haberet praesentissimum, ad Deum se recipit cuius que sic obsecrat: *Pone me iuxta te, & cuiusvis manus pugnet contra me.* Locum hunc exponit D. Thomas & ait: cum Lib mente reuoluisset aduersitates omnes & labores quibus affligebatur anxietatem & tristitiam quam adferat illi poterat consideratio horum omnium malorum: iudicans in nullo sufficiens posse se iuuenire remedium nisi in Deo tantum, qui secundum naturam suam bonitas est incomprehensibilis, quem si haberet sibi proximum, nullum posset timere aduersum, & nullum formidare malum: deinde hoc vix postulat ut eum sibi habeat vicinum, quo fiet ut nullam timeat oppositionem nec aduersitatem, quocumque illam ei inferre voluerit: Et cuiusvis manus pugnet contra me: ad quae verba sic eleganter D. Thom.

II. Et maxime in V. Sacramento.

III. David arumnis pressus ad Deum recurrit. ps. 54. 7.

IV. Quia omnia quaerunt suam quietem.



impulsus inclinatione, toto descendit impetu, suum quærens centrum locum quietis suæ proprium: etenim desiderium quo in illud ferebatur, quia per vim extra illud detinebatur, impellit ut dum potest illud assequi, hoc illo fiat impetu, quem propria illi causat gravitas ad descensum in centrum quietis suæ locum proprium. Ignis quanta vi sursum fertur, & quam inquietus properat ut sursum efferatur ubi est eius centrum? Quia dum in eo est iam requiescit, & quantumlibet parum detineatur, illi tamen multum videtur, tantum propter inclinationem naturalem ad quietem suam ut illa perfruatur: quod si oculos coniciamus in omnes creaturas, omnes hac inquietudine turbantur donec quiete centri sui naturalis potiantur. Ita dixit Philosophus: *Omnia moventur propter quietem.* Si cuncta igitur indefesse quærant sibi quietis locum, non mirum si David tot tribulationibus afflatus & persecutionibus attritus, totque negotijs ad extremum defatigatus, locum optet quæratque leuamenti, & velut anhelus, ut illum assequatur, fortius inlacet. An illum invenit? Vtique, & ubi Ipse alio loco hoc exprimit: *Etenim passus invenit sibi domum, & sursum nidum sibi, ubi ponat pullos suos.* Totus exhilaresco, nec enim corpore meo se cor meum continet: *Cor meum & caro mea exultaverunt in Deum vivum.* Subsilio præ gaudio: quia cor meum & quantum ego sum in Deo meo delector: idque eo modo quo turtur & passer, nidos domosque quietis suæ invenerunt in quibus modo omni seposita cura pullos suos excludent, nihil veriti quod illos frigus ex cruciet, aut calor opprimat, aut aer perturbet, aut aqua submergat, & vnicuique verbo iam quiete possunt vivere: quandoquidem in nido viuentes nihil erit quod ipsos molester ut modum quæram quo protegant illos & conferuent.

V.
Vbi David invenit quietem. Ps. 83.

VI.
In Altari- bus Dei.

Deus autem illis adeo beneficus, mihi non minus existit liberalis: quandoquidem ego ut illi, locum mihi quietis invenit: & qualis hic? *Altaria tua Domine, Domine virtutum Rex meus & Deus meus.* Inveni Domine ad leuamentum meum tua altaria, atque in illis te Domine Rex meus & Deus meus. Sciamus obsecro o David quid hæc continent altaria, ut in illis tua requiescat sollicitudo, tuæque graves non te opprimant afflictiones, nec persecutiones timore percellant? Quid in illis invenisti, ut sic tua quiescat anima? An forsitan recrearis in eo quod aurata sunt, affabre composita, & magnifice adornata: Nū-

quid quia pulcherrimas in illis spectas pidenas, raras imagines, ornatumque excellentem? Et oculus tanta delectatur pulchritudine, cultu & compositione, an tibi non ea occurrunt quæ in Regimine tuo ac Regni protectione reddere te possunt anxium, sollicitum & inquietum? Dicamne cor tuum divitijs tantis tamque preciosis iucundari lapidibus, qui operibus interit, parum est quod illa exornent, insuper & raras emittant splendidissimos, solis, lunæ, stellarumque sideribus conferendos? An ergo hoc in seclat cor tuum ut dicas Altaria omnem tibi adferre quietem, hilaritatem, & leuamen, imo & omnem auferre sollicitudinem? Omnia hæc nunquid bona sunt limitata opesque viles ut desiderij tui omne vacuum adimpleant? Numquid tu ille qui dixisti nihil in mundo inveniri posse, præter gloriæ Dei præsentiam, quod tunc sitiet appetitur? *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* Quomodo ergo te modo loquentem audio, quod in Altariibus iam illud possideas quod tuum poterat satiare desiderium, & omnem sedari sollicitudinem qua premebaris ut illud assequeris? Nosti animum esse capaxem infiniti boni: cuiusque tantum possessione perfecte sedari, ille vero divitiæ & magnificentia quas in his invenimus altariibus, bona sunt finita & limitata, prope ad hanc impletionem capacitatem insufficientia.

VII.
Ex modo hic illi quietem.

Loquitur Rex David spiritu afflatus Prophetico, & lumine prophetiæ cognoscit, hæc Altaria de quibus loquitur, illa esse in quibus aliquando celebraretur consecratio SS. Sacramenti, & tam longe in ipsis hoc detegit, ut autem hoc declararet, subiungit: *Rex meus & Deus meus.* Christus vetus est Deus & homo sub speciebus sacramentalibus, & cum in Deo tota sit nostra quies, idcirco se suam dicit invenisse, ubi Deum suum conspiciat sacramentatum. Itaque ait: non requiescit anima mea in Altariibus propter aurum in illis rutilans: hoc etenim abundo, nec mihi minus est, quam in his video Altariibus, nec propter refectionem quam haurio ex pulcherrimis picturis rarisque imaginibus, in illis spectandis, nec ob gemmas preciosas quibus illa decorantur: plena namque sunt & abundans his palatia mea, cubæ, cussa & aule ornamentis, & divitijs: non est hoc non est inquam quod mihi gaudium adferat, sed quod in illis intelligam videamque Deum, quem licet certam tantum sub accidentibus panis, verissime tamen scio Deum hæc latere sacramentatum, qui ut me

VIII.
Ex pro- celebraretur consecratio SS. Sacramenti, & tam longe in ipsis hoc detegit, ut autem hoc declararet, subiungit: Rex meus & Deus meus.

lib. 11. cap. 4.

habere viciniam sibi, eumque ego mihi, se mihi praeber sub figura cibi vt ita a me sumptus in illo maneat.

Quia thesaurus est verus qui animam ditare potest & ipsa certissime ibi est, vbi est thesaurus suus; & ita illum comedens manet in illo, & ipse in eo: quia cibus est & panis caelestis qui illum sustentat: nullus autem dubitat quin cibus maneat in subiecto illum comedentis, eo modo Deum habeo mecum, & Deus me secum: & cum habenti me Deum, nihil mihi desit, totiusque sim quietus & societate eius satiat: quandoquidem iam illum habeam in Altaribus a teo mihi vicinum, quando illi conspicio, nouo eor metum gaudiorubilat, exultatque supra modum cum in illis locum inueniam quietis meae, protectionem contra inimicos meos, summumque bonum quod fortissimè portas occludat ne illa via malum me possit illum inuadere, quod mihi nocet: quocirca dum me considero solummodo tanto dono fruuentem, omnis mihi cura euanescent, & ab omni requiesco defatigatio: quia dum in illo maneo & illè in me, iam equalis patet correspondentia inter animam quae Deum recipit & Deum illi se communicantem: *in me manet & ego in illo.* Correspondent sibi Deus & anima: nam sicut Deum quia bonum est infinitum videtur non quiescere, nisi in subiecto capaci recipere bonum infinitum, & ita requiescere tantum in anima digne illum recipiente: ita similiter anima quia capacitate viger infinita, requiescere non potest nisi Deum habeat a quo perfecte satietur & impleatur. Et cum opes terraeque bona limitata sint terminumque habeant finitum, quantumuis multis abundet Dauid, non tamen illum satiant, nec eos eius seclant, nec attendit ad aurum, argentum lapidesque pretiosos, quos in altaribus conspiciunt, sed ab bonum infinitum utpote Deum, qui ad quietem & tranquillitatem animae intrare vult eam sub speciebus cibi & potus, atque eo modo in Altaribus illi representatur: & sicut ad quietem suam postulat vt anima in ipsum ingrediatur: ita similiter Deus ad suam, intrare vult in animam: quia sicut solus Deus num potest implere desiderium, ita Deus tuus tantum quiescit quando in te residebit.

Hanc doctrinam D. Aug. produxit, vt verba illa Spiritus S. declararet; cum enim retulisset qualiter Deus in principio mundi caelos condiderat stellis suis & luminibus: rutilos, terram plantis & animalibus fecundam, aquas piscibus

fertiles, aera auiibus, tandem hominem creauit, ad imaginem & similitudinem suam, illique animam velut de visceribus suis eductam indidit: *Inspirauit in faciem eius spiraculum vitae:* homine his peractis progreditur & ait: *Igitur perfecti conuiescunt cali & terra, & omni ornatu eorum, completusque Deus die septimo opus suum quod fecerat, requieuit ab vniuerso opere quod parauerat: requieuit Deus.* Sed qualiter locum habuit in Deo quies vt dicatur: *Requieuit Deus?* Nunquid laborauit Deus haec omnia creando, vel forte defatigatus est ingentem hanc condendo disponendoque mundi machinam? Quia non quis dicitur defatigari nisi ex alicuius operis molitione. Vt certum habeo in Deum cadere non posse lassitudinem, & omnium creationem ei maiorem non dedisse molestiam, quam verbi viuis prelationem vt fierent: *Ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt.* Totam hanc SS. Theologiam his verbis comprehendit D. Thom: *Requieuit Deus, nihil enim postmodum factum est totaliter nouum* potto nobis aliquid amplius indicat D. Aug. iudicium circa S. Scriptura phrasim, quod etiam refert D. Greg. illud quod Deus in nobis facit dicitur Deus ipse facere: quia forma loquendi vsus est Apostolus. *Postulat pro nobis ut episcopularet nos facit.* Dicimus torrentem videre & exhalare fecerit non quis subiecta sunt rursus capacia, sed quia tibi istum mouent & iucunditatem: vnde significat quod Deus homine iam creato requieuit: quia illum sibi proposuit in quietem in quo ipse requiesceret. Quando vero Dauid illum intuetur iam Sacramentatum in Altaribus, de eis dicit quod ibi laetum habeat suae quietis, eo quod in illis Deum habeat ita sibi vicinum, vt Deus in illo requiescat: quia Deus in SS. Sacramento causa nobis est quietis omnis & laetamenti.

§. 3. Gentiles multos coluerunt Deos vt necessitatibus suis haberent remedium: Deus autem se nobis tradidit in SS. Sacramento necessitatibus nostris remedium.

D. Aug. argumentum nobis proposuit vt longum ita admisabile & summa doctrina plenum quod profequitur l. 4. de ciuit. Ciu. Dei. C. 4. vsque ad 34. & vltimum proponit hic vir Sanctus cur gentiles tot exerent sibi Deos: etenim vt constat ex Marco Varrone delectas numero superabant. Ortum hoc habuit multos ex coluerint Deos.

IX. hie illi emae gaudium

lib. 4. de ciuit. Ciu. Dei. C. 4. vsque ad 34. & vltimum proponit

lib. 4. de ciuit. Ciu. Dei. C. 4. vsque ad 34. & vltimum proponit

Prima ratio.

Ad. 17.

II.]

Nihil esse potest & consecrari sine Deo. Secunda ratio.

III.]

Varia Deorum Deorum nomina.

ex duobus principijs, vno falso & altero vero: verum erat quod intelligeret sine Deo nullam creaturam posse subsistere, nec vitam nec motum nec habere actiuenem. Et vt veram habuerit hanc D. Pauli sententiam quam illis proposuit ex dicto Philosophi: *In ipso viuimus, mouemur, & sumus. Ipse est qui dat vitam, inspirationem & omnia.* Cognitocebant quam necessarius illis esset Deus, quo se possent conseruare: timentes autem ne illis Deus deesset si in quolibet loco suu non haberent diuersum, idcirco multos in alijs retulerunt Deorum. Hinc aliud processit principium idque falsum quo credebant, quod Deus vires suas haberet limitatas, & sicut in mundo homines non possunt ita esse perfecti vt aliquis eorum queat esse vbique, tale de Deo ferebant iudicium, quod esse nequiret in omnibus locis: hinc cuique loco suum addiderunt Deum. Imaginabantur Deum exercitijs in arena decertantibus presentem, non posse in vrbibus loco pacis regimini moderari habenas. Quis mate perentit impossibile est eum terram inambulare, vnde terra assignandus erat Deus, qui in montis vertice extollitur, in vallis humilitate non adoratur, quocirca alius hic statuendus Deus: credebant etenim quod simul in alto montis fastigio atque in valle esse non posset.

Quam ob causam in singulis domibus singulisque locis suum crexerunt Deum, cuius virtute domus illa vel locus in esse consisteret & conseruaretur: & ita tot multiplicarunt Deos Deaque quot erant negotia sibi peragenda, & loca in quibus morarentur, ne quis forte Deo suo priuaretur: nec non nomina eis imposuerunt eorum regimini conformia: inde nomen inuiderunt Deo Ruffini pro campis & aruis, Collina pro collibus, Vallina pro vallibus, Ceteris pro frumento iam seminato, Segestia vt messi eorum prouideret, Tutelina messi conseruatrici, qui calamos nodis solidaret, Nodotus erat qui grana spicis inuolueret vbi condensantur, Volutina: quae strobis praesertit producentis & conseruandis dicebatur. Flora, Lactanus tritico praeserat adhuc tenero. Maturus illud ad maturitatem promouebat: & hoc modo refert D. Aug. solis aruis plures ab eis Deos fuisse praefectos. Ad maris autem regimen vbi auxilium requiritur Diuum mille creaturunt Deos quos ipse enumerat C. 10. vsque 21. Rebus autem humanis exercitium pene conseruebant Deorum innumerabilem, totinquam quot erat actus humani nostraeque necessitates: vnum elegerunt profecturo, alteru

litigaturo, alium vxorem susceperunt. Puerorum conseruabant a primo conceptionis instanti, & pro primis eius iudicijs quae faciebat quoad naturam in corpulento recentet organo. Primo Deum praeficiebant lucinam quae puerum in illuminatione & nauitate adiuuaret, & nuntium quae puero virtutem praebere matris vbera regendi: Cuminam quae cumis lactem conseruaret. Quae omnia teste eodem Aug. ex illo manant principio quo cognoscebant sine Deo quidquam esse posse bonum aut conseruare, debere perire & consumi.

Hinc ortum arbitror quod dixit Iulius Deo a gentilibus clauis fuisse fortissimis firmata in parietibus, fortique ferro conseruata ne quis eas illis eriperet: *Conseruauit faber aruis peruenit in mallo eum, quem custodit tunc temporis, hanc glorio bonum est, & conseruauit eum clauis ut non moueretur.* Omne nostrum bonum in eo consistit quod Deos nostros nobis sumos habemus, vnde ne ipsi discedant de quibus adiciat, ex pedis illos glutino, harpaginibus glutinque conseruare ne discedant, auolgant nobis que tollant. Quod si ab illis percontarentur qui Deos suos hoc modo captiuos seruebant, quid hoc modo Deos conseruati praetenderent? Nullum aliud responsum audiret, quam vt Deos de hoc suos secure tuncque sibi conseruarent. Et quare inu verum hic ex mente D. Aug. nullum lapore Deos adorare peruersos adeo & sceleratos cum pars eorum principalior & eminentior eligeretur ex illis qui praeter ceteros enormioribus magisque horrendis iniurias erant criminibus, & illi conseruarent diuinitatis dignitate sublimiores, quorum iniquitates inuercundia ceteras superabant: *Sed isti, sed plane scilicet noscuntur criminum non dignitate virtutum.* Nihilominus hoc concedamus quod illos habuerunt vt Deos, sciebant tamen hoc illis maximi referre, si secum illos custodirent: iusticabant enim quod absque illis nequidem possent respirare, verum si secum illos conseruarent, nullum illos posset malum opprimere.

Idcirco quisque Deos domi suae studebat conseruare, idque laribus maxime abscondit, Deos in vt eos tanto securus conseruarent: idcirco Deos domus vocantur Penates: id est quod eos recludebant: *locus in penetralibus & recessibus domus tutioribus, neque ita loquitur de vrbis Propheta Baruch quae Bacones bylonij in domibus suis staterant: Conseruauit vultus illis in domo.* Studebat autem vniquisque maxime: *Baruch* in qua posset securitate Deos suos in penetralibus

bis conferuare, quo domus suæ per hoc confu-
leret in luminari. Quinimo Laban ablati per
filiam suam Rachel idolis quæ in iutimis do-
mus suæ colebat, quando facturus orationem
illa minime reperit, eripaque nouit furis agi-
tatur vt phreneticus: arbor abatur enim familiam
suam dijs suis delibutam euidenti iacturæ subij-
cere periculo: vt autem damnum omne repara-
ret, hoc vincum egit vt iacob fugientem inse-
queretur illos recuperaturus.

Michas ille cuiusque domestici Deos suos in
penetralibus domus suæ magis absconditis ado-
rabat, dum in illam irruerunt milites de exer-
citu Dan & læt ad eorum custodiam aleret
adolefcentem leuitam, milites iam in vtpote
magis solliciti quo domum eius diriperent, illam
percurrerunt idola inuenerunt aurea & argen-
tea, atque ex iutero quod ex furto eorum sibi
promittebant secum illa detulerunt: vt autem
Michas familiares idola minime repererit, exa-
nimes illos insecuti sunt, vociferantes, emulantes,
caelumque inclementes: *Viri qui habitabam in e-
dijs Michas, clamantes secus sunt. Et post ter-
gum clamare ceperunt: perterriti metumque
inuiserunt illis hos clamores audientibus qui-
bus incessanter insequerantur eodem passu con-
clamantes quo milites iter suum conficiebant.*
Vt autem illos celeri adeo gressu properantes
adueniunt, ad Micham milites reuertuntur fu-
ris isolorum, aiuntque illi: Quid reru tibi deest,
quod te oppressit infortunium? An aliqua in do-
mo tua te verat calamitas irremediabilis? Num
facilitatem tuarum passus es iacturam? An for-
te parietes domusque tua corruerunt, segumque rui-
na sua filios sepeliuit & familiares? *Quæ te
excitat iactura vt vocibus sic nobis exclames an-
solitis? Hæc ne miserum, respondet, quid à me
percontamini? Domum meam dijs priuatis cū
illos mihi deperdati estis, hinc causa luctus
hinc in celum voces extollo: Deos meos quos mi-
hi socii iussu, Et scitis quid sibi est? Quid hoc
admiramini mihi inam non finiri cum Deos
meos non habeam vitæ inæ obseruaciones quos
in penetralibus domus meæ asseruabam. An gra-
uitus illam poterat virgere, damnum, iactura &
euerfio quam dum illa dijs suis spoliatur? Et si
tantum mihi aduenit infortunium, ne queratis
moestitiæ causam? Et cum tanquam stultus sceret
ille dijs suis confidens quos ipse manibus suis
consecerat iudicia quales esse potuerunt? ihilo-
minus talis erat necessitas quam illi iudicabant
secum habendi Deum, vt tibi persuaderent, li-*

cet tales solummodo domi suæ haberent, rerum
omnium certo gauderent remedio: vnde cum
hæc ita esse cognoscere tanto eorum iactu-
ram dolore prolequebantur.

*Et tu serus meus iacob quem elegi, semen abra-
ham amici mei. Israel interpretatur videns Deum: 12. 50*
vnde significat: tu Christiane qui per lumen fi-
dei cognitionem assequeris totaque conspicis inde col-
lectitudine qualis Deus tuus verus sit nempe ille quæ
Christus, cognosce quam necessarium tibi sit necessa-
illum habere tecum necessitatibus tuis reme-
dium. Si Gentiles vt certum arbitrati sunt om-
nem suam ruinam & iacturam ex illo manare
quod secum Deos suos falsos non haberent,
quos si haberent omne sibi certo sperabant bon-
num quo indigebant, quodque optare possent
pollicebantur. Quanto maiori certitudine hoc
sperare debet Christianus si secum habeat Chri-
stum, verum Deum, de quo velut de diuina sca-
turgine omnia vera bona proueniunt. *Deus &
quos bona cuncta procedunt.* Quatenus ex hac cog-
nitione pateat necessitas qua illum semper secum
habere conueniat. Erant dii illi inanes, si nam-

que vnam illis adscribebant potentiam, negabant
alteram; & eorum neminem adeo perfectum esse
debant, vt tota plenitudine gauderet diuina. Deus au-
tem etenim si illam constituerent, opus non erat tem-
por multiplicare Deos, tot rebus diuersis ac ne-
cessitatibus praefectos: cum ille qui perfectus est
posset omnibus succurrere, alterius non indige-
ret societate. Christus Dominus noster illa per-
fecte possidet totaque eius plenitudine gaudet,
sic vniuersum sit extra illam diuinitatem: hæc e-
nim ea est quam aliz diuinae personæ SS. Tri-
nitatis indiuisibiliter complectuntur: *Videte Deum. 12.*
*quod ego sum solus & non sit alius Deus praeter
me.*

Et tu Christiane illum vt talem confiteris &
assequeris cum hoc fides te doceat: quanta igitur
maiori ratione tibi adueniendum est ne ipse te
deserat & quanto diligentiori studio quam in-
fideles ad laborandum vt illum in anima tuâ
conferuescum probe noneris quanto verior sit
bonorum ille cunulus quem ex eius praesentia
sis assecutus & malorum infortunium quod ex
eius absentia te sit contriturum, donec te totum
evertat? *Et in Israel:* non audeat infidelis vel ad
passum vnum progredi nisi comite Deo suo, tu
vero Christiane nonne iudicabis maiorem tibi
incumbere necessitatem tecum semper ad tui
conseruationem Christum habendi? Quod si ita
esse sentias, qua ratione sic visis ac si hoc mini-

IX. Exhortatio ad meliorem vite frugem.

me cognosceres? Quomodo mundana te rapit voluptas, Martialia conuiuia, contumelie vindicta, in pudicitie delectatio, denariorum luctum, vt propter quamlibet rem, pauca dico, propter leuam recreationem Deum delectas & nihili facias si illum ex tua propellas societate. Talis autem est Dei misericordia, vt quotiescumque volueris, illum inuenias, & vt semper dum illo indigeris non necesse tibi sit multo illum ad te labore adducere, manere tecum vult in SS. Sacramento: vt dum te digne ad eius preparas receptionem, illum habeam ita tibi vicinum vt tu in ipso maneas, & ipse in anima tua: vt sic illum complexus ita tibi vnium, tanto certius tibi constet calamitatibus tuis remedium & iam dum cognosces quam necessarius vite tue & conseruationi Deus sit, vt haec tibi non deficiat dum illam intendis, se tibi in perpetuum liberaliter exhibet, & quod quotiescumque illum volueris, & vt si inimici tui potentissimi vires tuas conatu fuerint euertere vt te superent, tibi Dei vires non deficient, quibus contra eos praualeas ipsique superent, se Deus totum tibi tradiditque illo modo vt illi te vniue valeas, & ipse tibi vniat: quatenus dum te gloriaris sic illi vicium, de eius non dubites protectione, & remedio tuis afflictionibus opportuno, atque maxime in signum bonorum tuorum secunda gaudeas possessione.

h. 4. Vt perfecte in Deo maneremus nobiscum manere voluit in SS. Sacramento.

I. Deus summo-
pere nostrum
de-
siderat
bonum.

M Vltro studiosius Deus nostrum intendit commodum quam nos ipsi & sicut claris cognoscit quam nos medium quo nasciscamur illud quod nobis maximi refert, ita semper conatur nobis illud, & proponere & persuadere. Maximum animae nostrae bonum consistit in eo quod creaturas celeriter transeamus & in illo sistamus qui est vltimus noster finis, & quemadmodum possessio vltimi nostri finis cumulus est nostrorum omnium bonorum, vt in illis finis securi, cum ipse tantum sit vltimus noster finis, semper adlaborauit vt illi tantum vniemur, cum maximum creaturae bonum in vniene cum vltimo suo fine consistat: & ea fuit ratio ob quam semper esse voluit solus Deus, sic vt nunquam permisurus sit alium cum illo nostrae vniui voluntati. Hoc principale

nobis preceptum imposuit: Diligi Dominum Deum tuum cuius cordi tua, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis. Hoc docuit, inquit Deus, me primum hoc a te respicere vt voluntatem tuam praeter me nemini tradas, creatum meum tantum, exclusis alijs, amorem admittat, animam tuam solus ego possideam, excludantur alijs: intellectus tuus ita tantum intendat vt cognoscat, quanta tui gratia fecerim vt ita me solum diligere tenearis, nihil nisi Deus ipse tuam occupet voluntatem: hoc effugiat vt eo modo maxima nobis bona conueniat. *Pallium breue est, & verumque speritum parit.*

Nostrae voluntatis amor limitatus est, Pallium valde breue, vestisque quae plures nequeat operire, unde si ad vnum quid melius uel necesse est ab alio se diuerat, ac prompte conatus non potest adesse: vt autem principiori nampe Deo non deficiat, interdu ipse solus in hunc locum petit. Hinc magna illa Deo sollicitudo ait: Non habebis Deum alienum ceram. Nihil nisi sibi permittit fieri adorationem, illam sibi soli referant, & omne illud quod ipse non fecit, habuit vt quid voluntati non proprium sed vt Deum eius alienum, & sicut illi care noluit Deus possessionem rei alienae sed, proprie, adeo desiderium illi abstulit alterius quam sui praeferens: est enim Deus eius, & quia talis est, vult vt illum habeat tanquam rem propriam atque ad nullam aliam deficiat: *Videte quod ego sum. Deus. Ius & non sit alius Deus: praefer me solus ego sum. Deus humanae voluntatis & extra me nullus est alius q. d. nullum alium intendere debet finem nec bonum quo moueatur eius inclinatio, pariter me solum, quia qui quid appetit voluntas dirigi debet vt tanto, me abundantius possideat.*

Postquam Patriarcha Iacob Deum vidit mystico innumum scale de caelo descendenti, cuiusque quibus illum Deum promissis demereret multa eaque magna in gratitudinem illi obtulit: *Votum vniui deo nisi fuerit Dominus mecum Gen. 28. & confiteris me in via per quam ego ambulo, vniui mihi Dominus in Deum, cuius vniuique qui delectus mihi de comas offeram tibi. Hoc singulari fuit illius votum: Erit mihi Dominus in D. am. Quid hoc o Iacob, quid Deo promittis, quale hoc votum, Erit mihi Dominus in Deum? D. Thom. cum vniui debere de aliquo maiori bono quam illud ad Deum quod obtingitur, quod liberum esse debet & iacob spontaneum, ita vt possimus illud non vniui deo in illi.*

illi cui vouemus: cum autem Dominum habere in Deum non fuerit liberum Jacob, nec spontaneum, imo necessarium & obligatorum: an inde manet Deo bonum ex eo quod Jacob illi promittit: *Erit mihi Dominus in Deum?* forte Deus non est quomuis Jacob illum ut talem non habeat? Indubie non ego facio Deum, quia illum mihi ut talem propono: etenim sine hoc iam Deus est. Argumentum hoc est quod D. Hilar. conuincit hypocrisis sibi persuadentes se rem facere Deo grauisimam dicendo: *Domine Domine, dum cor ad eus habent obedientia longe separatam: quasi vero Deus non esset nisi illum hoc nomine uocarent.* Si igitur promissum Deo factum de bono non sit eminentiori quod illi speraretur, quale uotum hoc est Jacob: *Erit mihi Dominus in Deum?* Hæc communis est expositio: promissum Patriarcha: *Erit mihi Dominus in Deum* non absolute: quia ad hoc iam ex lege Diuina tenebatur, sed in ordine ad particularem uenerationem nouumque cultum quo illum uenerari pollicebatur, nempe dum illi altare edificaret, offerretque decimas, ad quæ omnia non tenebatur, tunc autem se ad singularem nouumque dedebat obligationem: & ita insinuat uisetur D. Thom.

Aliorum opinio est quod Jacob nouo se uoluerit voto Deo obstringere, præter illud ad quod iam vi legis Diuinæ tenebatur, nempe: quod Dominus illi esset in Deum: quia uotum etiam esse potest de illo in ordine ad quod homo particulari tenetur obligatione, cuius obligationi se & altero uult obligare voto. Itaque tunc non solum obligatur ex uirtute & obligatione legis sed etiam per uirtutem particularem religionis, secundum quam homo stare tenetur promissis à se Deo factis. Circa hoc eleganter more suo disputat Casertanus: & declarat D. Thom. dicens: eum noluisse dicere quod promissum illud Jacob uotum fuerit proprie & rigore sumptum sed forma aliqua limitata.

Porro si diligenter attendamus quod ait D. Thom. & eius uerba perscrutemur, colligimus uotum fuisse eminentissimum, ælesti Diuinaque plenè Philosophia quæ nostrum confirmat argumentum: quod scilicet Jacob singulari quadam uoluerit ueneratione Deum colere, uotum illi uolens, affectuque cordis sui illi totaliter in omnibus actionibus suis offerens: quod in omnibus illis Deo tantum beneplacitum intenderet, nec ad aliud affectum suum & desiderium desisteret. *Erit mihi Dominus in Deum.*

Hoc uoluit illi uerbis hæc promittere, & omnes nationes per nomen hoc Deus primam intelligunt causam principalem & uniuersalem, de qua uelut de communi principio omnia procedunt, & ad quam uelut ad ultimum suum finem cuncta diriguntur: itaque habere Dominum in Deum nihil erit aliud quam illi uoluntatem suam omnesque dedicare affectus: ita ut aliud nihil uelit, aliud nihil prætendat, quærat & diligit: præter ipsum solum, atque ad ipsum solum dirigat quicquid fecerit & desiderauerit uelut ad ultimum finem cuius amore tantum eius mouetur affectus: & ita quod obtulit Jacob, uotumque ab eo factum, hoc fuit uita se Deo totum consecraret, & in eo tantum speraret, illique soli omnia opera sua, actiones, & cogitationes offerret, illi ut ultimum sibi finem proponens: Non dixit: *Erit mihi Dominus pro Deo*, sed *erit mihi Dominus in Deum*: ut enim aduenit ex D. August. D. Thom. præpositio *Innotum* significat animam quo se mouet & dirigit ad aliquod. Et quia Jacob promittebat omnes motus suos & affectus animæ in Deum solummodo dirigendos, amoremque suum in illo fingendum ideo uotum hoc emittens ait: *Erit mihi Dominus in Deum.* Et quia omne bonum nostrum in eo consistit, ideo nos uult obligare Deus, ut ipsum solum colamus ut Deum, & ad ipsum solum uelut ad ultimum finem nostrum omnia dirigamus: ita ut uoluntas nostra nihil præter ipsum exoptet, illique se totum tradat: & hoc modo habere Dominum in Deum res est planè singularis quam ut excellentem nobis sacra Pagina manifestat.

In hac testimonium habemus irrefragabile quod nobis scriptum reliquit D. Ioan. in Apoc. Ostendit D. August. reuelatum illi fuisse statum beatitudinis & gloriæ sanctorum, qua in caelo persueunt impleto huius uitæ termino: Deus autem apparet illi sub symbolo pretiosissimæ illius ciuitatis Hierusalem, omni lapide pretioso, diuitijs, decore, & maiestate circumquaque præfulgentis: *Eccæ tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & ipsi populus eius erunt. Ipse Deus cum eis, erit eorum Deus.* Verba hæc singularia continent mysteria. Tabernaculum de quo loquitur, est magnificum illud solium quod erexit Deus in gloriæ suæ demonstrationem, quod esse uoluit thronum suum eminentissimum, in quo semper residens suam manifestaret excellentiam. Est igitur congregatio & societas in qua coniuncti omnes beati in amore perfecti.

V. Quid sit habere Dominum in Deum.

Tract. 19. in Ioan. Ser. 6. de uerb. Domini. 2. 2. 9. 2. 1. 2.

15. Lib. 20. de ciu. c. 16. c. 17. VI. Explicatur per statum beatitudinis. Apoc. 21. 1.



perfecto, & æterna quam contemplantur gloria fruuntur velut ciues caelestes, civitatem fundant sanctam Hierusalem Triumphantem & gloriosam iuxta illud D. Augustini. *Civitas est civitas unius.* Vnde civitas quam vidit D. Ioann. alia non fuit, quam unio & societas sanctorum civium caelestis illius curiæ: quinimo nomen quod illi adscribit eius spectator, nostrum confirmat intentum: *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus:* quod ait Rupert. idem est ac: *Ex hominibus:* quia totum illud tabernaculum edificatur & exurgit ex hominibus iustis & sanctis solum ascendentibus ut ciues adscribantur caelestis illius Hierusalem.

VII.
Quid sit esse Deum in civ.

Et continuo subiungit: *Et habitabit civitateis,* id est, *in eis,* quia Deus est eorum, atque ut talis se totum illis tradit ut toto illo perficiatur: *Et ipse Deus cum eis eris eorum Deus:* quia se totum beatis communicans, erit cum eis eorum Deus. Et quid hinc sequetur? *Et ipse populus eius erunt:* quia illum ut Deum suum venerabuntur, illi totum suum dedican lo affectum, & ad ipsum omnes suas adiones, amorem, & gaudium dirigendo: ita ut aliud nihil desiderari sint, amari & perficiri nisi ipso solo. Hoc est esse Deum in illis velut in throno & illos in Deo velut in centro & ultimo suarum sine actionū.

VIII.
Applicatur hæc V. Sacramento.

Sæpe diximus eo quod SS. Sacramentum dignus sit gloriæ, quandam habeat cum illa conformitatem & proportionem: quod enim de illa dicitur facile potest huic applicari. Vnde si D. Aug. asserat D. Ioann. statum ostensum fuisse beatitudinis & gloriæ electorum, optime licet dicere in verbis illis quæ audiuit significare voluisse statum SS. Sacramenti: est etiam tabernaculum Dei & Sancta Sanctorum in qua Christus Sanctus Sanctorum latet Sacramentatus: vocatur tabernaculum Dei ubi habitat cum hominibus: quia habitaturus cum illis Christus perpetua societate comes, mansit sub speciebus sacramentalibus: & si velimus dicere quod est ex hominibus, intelligendum est quod dum homines sese ununt in communione SS. Sacramenti, erigant Ecclesiæ tabernaculum in amore & charitate: est etenim congregatio fidelium: quia hoc est amoris Sacramentum & hæc congregatio illi quasi insinatur & incorporatur quia ut eius materia, nempe panis & vinum ex multis conficitur granis multique racemis ex quibus panis punitur & vini liquor emanat: ita fideles in hoc SS. Sacramento passiter ununt, corpus efficiunt mysticum congregationem nempe Eccle-

siæ quæ ex unione affurgit quæ inter se conveniunt uniformes & in illo congregati: *Panus panis & vinum corpus multum omnes qui de uno pane & de uno calice participamus.*

Hic adest Deus veluti in proprio celitudine & gloria: lux residens throno: ut enim infra dicendum Christus hæc Divina sua participata tributa, omnipotentis, sapientis, misericordis & iustitiae: & sicut beatus Deus est eorum Deus, quia se totum illis in statum gloriæ communicat: ita & hic ubi Christus se totum iustus communicat, dicere nobis licet quod officium implet Dei eorum. Imo hoc ipsum nobis in Evangelio declarat: *In me manet & ego in illis.* Manet Deus in iustis: quia in SS. Sacramento se Deum ostendit eorum perfecta & integra sui traditione: cum in illo tribuat eis corpus suum, animam & divinitatem idque ut eos obliget quatenus eum habeant & venerentur ut Deum suum, id est ut se totos suosque omnes affectus integre illi deducant, ut ita in ipso maneant: *In me manet,* & votum offerant Patriarchæ Jacob, illum ut Deum suum habentes atque in signum venerationis decimas cum Jacob illi persolventes: *Et de omnibus quæ dederis mihi, decimas offeram tibi.* Quo verbo non tantum in licet quod decimarum bonorum suorum partem illi consecraret, sed quidquid in illo esset totum Deo dedicaret. Dixit cum D. August. D. Greg. numerum denariæ esse perfectum, integrum complementum & omnium numerorum simplicium collectionem: & ita quia omnes comprehendit: vnde indicat vult 4. 3. quod totius essentia suæ complementum perficit. *Lib. 10. n. 2.* hæc suæ cumulum, bonaque omnia Deo esse oblaturus, ut per hæc universalem adeo congnatio rem ostenderet quod illum ut Deum suum honoraret: quandoquidem perfecte traderet quidquid erat & quidquid in illo poterat inveniri. Hæc illa est perfecta traditio a nobis facienda Deo in SS. Sacramento: ut in nobis verificetur illud: *In me manet & ego in illis.*

§. 5. Manet Christus cum hominibus in SS. Sacramento, ne querant illum, cum secum habeant, & ita ad alium non divertant.

Monet D. August. istam questionem, cur infideles Deo Israel nunquam crederent templum, quandoquidem eumque Deo, quem cognoscebant, continuo templum edificarent.

Certò constat non hoc eos omisisse, quia illum minime cognoscebant: quia mille modis eius habere poterunt notitiam ex operibus heroicis & eminentibus quæ tum audiebant, tum ab illo experimento didicerant: & si opera eminentiora in quolibet genere causa erant, quæ illum quæ in his notabant excellere, siue bona siue mala essent, cognoscerent colerentque vt Deum: cum tanta tamque stupenda in omni genere bonitatis cernerent in Deo Israel, clarum erat quod ex illis aliquid trahere poterant, quo cognoscerent illum, argumentum: *Omnes timent Deum Israel*: timore autem tenebatur quo eos ad obseruationem mandatorum eius impellebat, in quibus cognoscere poterant eum non minus esse vetum Deum quam falsos suos Deos esse crediderunt. Eum igitur si tanquam Deum cognouerunt, qua de causa templum illi non dedicauerunt, cum cæteris dedicassent? Et si nota fuerint illis eius prodigia cur soli Deo Israel hunc templi honorem non impenderunt? Experti sunt Chananzæ brachij illius potentiam atque in illa vires experti sunt exercitijs suis multo fortiores atque in rigorosa suorum cladē perceperunt neminè in ordine ad creaturas illi potuisse resistere. Romani arrogant adeo suisque fidentes viribus, quamuis rerum Domini totum armis suis mundum suo subiugassent imperio & quamuis potentissimos quosque vrbes suæ reddidissent tributarios: nihilominus ipsi & Chananzæ, se Deo Israel falsi sunt viribus infirmiores: etenim auditio eius nomine timore percussus eius potentia, se perditos arbitrabantur: & licet totum mundum gloriarentur potentia suæ subditum, nihilominus superbæ suæ cristas demittebant soli nomini Dei Israel sublati: & cū supremam hanc auctoritatem in falsis suis Dijs sandquaquam experirentur, his tamen omnibus & eorum singulis templis statuerunt, soli vero Deo Israel in hoc detraherunt vt illi nunquam templa consecrarent.

Quæ huius rei ratio licet valde difficilis sit, eam tamen tetigit D. August. cur templum erigere illi neglexerint. Et ea est quia Socrates scripserat, cuius doctrina ab omnibus communi suffragio recipiebatur, quod cuiusque Deo templum edificabatur, eundem honorare oportebat iuxta modum ab illo prescriptum, & inuestari eius & supremæ auctoritati condignum: in huius recognitionem ab omnibus coli par erat secundum id quod ipse disponebat ad maiorem cultus sui venerationem. Vt autem hoc

illis semper innouit Deum Israel velle solum esse Deum; sibi que soli adorationem fieri suæ diuinitatis: illi vero non vnum solum admitterent Deum, quem adorarent, sed plures quos multis suis ac diuersis colerent calamitatibus auxiliatores: idcirco illi templum consecrari non consenserunt, quia illum eo modo quo volebat, nolebant venerari, scilicet vt solum Deum. Et ita quia semper solus volebat esse Deus, eum solum templo priuarunt. Quia vero erectio templi Deo, strictam inducebat obligationem illi soli perfectam diuinitatis eius exhibendi venerationem, cum totali voluntatis resignatione, ne alium aut quærerent aut desiderarent, ne nos illum quæreremus nostrasque ad alium delecteremus cogitationes, quam ad diuinitatis eius contemplationem, nec aliud quicquam sibi voluntatem alliceret, & tantum illi complacere studeremus in mandatorum eius obseruatione: cum iam illi gentiles templa non statuerint, hoc exposcit vt quisque nostrum templum sit quatenus illo in nobis velut in templo manente, satisfaciamus obligationi ad quam nos adstringit, vt animo plane suero nos illi consignemus, quatenus cor nostrum offerentes illi, tantum viuat in Deo viuens. Eam ob causam nobiscum manet, vt illum facile in nobis admittentes velut eius templum, maneamus in illo semper, & ipse solus à nobis honoretur: *In me manet & ego in illo.*

Deus nos totos sibi vult, quia vnicuique nostrum se totum gestit tradere: idcirco ita bet vt illam solum desideremus, quatenus intelligamus cuncta hæc esse eius desideria vt hominem tanto arctius secum retineat. In actibus nostræ venerationis hic maxime Deo placet quo probamus quod illi soli velut Deo loquamur, ipsum solum vt Deum audiamus, ad ipsum solum vt Deum actiones nostras, cogitationes, vitamque dirigamus: quia hoc intendit vt experientia dicamus quod cum vnoquoque nostrum loquatur, & singulis quasi solis fauceat, singulos quasi solos audiat, singulis quasi solis amorem suum offerat & tradat, & hoc quomodo? Manens nobiscum in SS. Sacramento, quo vnicuique nostrum illum sigillatim recipiat illic que delectetur: quia hoc modo patet quod non agat solis operibus in generalis, quibus omnes vniuersaliter conseruat & esse præbet quod habent, sed operibus vnicuique maxime proprijs quibus nos cumulat abundanter. Quia quantum spectat ad opus creationis, siquidem verum sit & cognos-

IV. Ob quâ Deus in nobis templum constitulat.

17

V. Et cum solum diligamus.



VI. Cuius beneficia omnes creaturas hanc illi laudem occurrentes: licet generaliter ge-
nerata sunt omnibus.
Pf. 99. 3.

Hebr. 1. 3. *Portans omnia verbo virtutis sue:* etenim ut significet quod neminem deserat, donec illum in portum securum suae introduxerit inclinationi, termino vitur, *Portans*: quia quando quicumque aliquid in se suscipit, ne dubites tantam eius ager curam quantum suscipit ne forte in aliquid contrahat praecipitium: quandoquidem qui ea suis tollit humeris illi ut sibi prospiciat, proficiet: ut autem Apostolus significet nos inde finiret a Deo custodiri, ait quod nos deducat & in ultimum finem nostrum dirigat ac si nos humeris suis portaret: *Portans omnia.*

In opere redemptionis, fateor me redemit de perpetua miseraque captivitate, qua me peccatum detinebat gravi pressum iugo, & intolerabili daemonis imperio, pretio sui sanguinis infinito, quem effudit me liberaturus: attamen & hoc fateor, opus hoc ita cunctis generale ut audire me iudicem infinitam populi multitudinem Deo gratiarum actiones perfolentem: *Redemisti nos Domine Deus in sanguine tuo omnes nos Domine participes effectisti pretio sui sanguinis tui pretiosissimi: & quamvis haec opera sint plane eminentia, omnia & singula maximorum meorum honorum causa, cerno tamen quod in illis d. Domine te totum omnibus tradas: & ego (vera proloquor) te totum mihi desidero, sicut me totum tibi postulas, ut tu totus in me maneat, sicut me totum in te manere desideras. Hoc nobis concedit Deus in Divino hoc Sacramento: *Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in illo.**

VII. SS. tamen Sacramenti est nobis singularare. Nota.

Suscipit me solum Deus in se quia verum meum est alimentum, meumque panis est vivus: illum etenim manducans, totus ego in illo maneo, & in me recipio Deum: quia de me templum illi consecrans ad eius venerationem, solum in SS. Sacramento recipiens, illi soli ingressum in animam meam concedo, ab illa quicquid Deus non est exurbans. Per hoc illi soli loquor & ipse mihi, ipsum solum audjo, & ille me: me solo gaudet & ego illo, & dum

solum fauorem exterior & delicarum delectat abundantiam quam mihi communicat, nisi fallor, opera in me efficit ita propria ut mihi solus concedat in ipsis, & quasi soli illis gaudeo, cogit e solo solus vivo. Quare dum faciam suscipio Synaxim se totum mihi communicat, & illum recipiens meque in illum transformans voluntatem meam, animam, & cogitationes perficit, sicut ille configno. Hoc ut singularare proprium & proprium sponi si donum spona de illo gloriando trutinat: *Dilectus meus mihi, & ego illi: non calceat vbera mea callos abstinens.* Dilectus meus totus mihi est, quia dum totus in me manet ego quousque in ipso maneo: *In me manet ego & ego in ipso* unde sequitur: *Ex eo quod inter vbera mea manet morabitur, eo quod maneat velut in lactatione mea & mansione inter vbera Ecclesiae.* Vbera Ecclesiae sunt illud quo nutrit & fovet filios suos: delectat eo modo quo mater infantulum vberibus lactat & nutrit. Hoc esse dico SS. Sacramento illi quippe nobis nutrimentum exhibet secundum statum ad quem nos in filios suos extollit, & sicut ille se solo se nutrit, ita quoque se nosa prebet in SS. Sacramento, ut eo ipso nos sustentemus. Hoc dato congrue dicitur quod ex eo quod Deus maneat velut in domo inter vbera Ecclesiae, SS. dico Sacramento, bene sequatur, quod totus mihi sit: quia se totum in illo mihi concedit & ego me totum illi, cum me in recipium eius illi configno, quo venerationem illi exhibeam voluntati eius beneplacitam qua cum talis sit, ut solus esse velit, nos impellit ut ipsi soli nos resignemus: *In me manet & ego in illo.*

Quando pater filium summo prosequitur affectu recenter illi notum d. patitur ut vixit illi alteri tradat nutricia alendum, sed mater propria suis eam lactet vberibus: & quamvis alij fuerint filij alienis educati vberibus, quia in illis inclinationes advertit lacti quod suzerunt conformet, quodque ab ingenua degenerare nobilitate iudicio ne hic quem tanti facit a panis sui progentie degeneret, vult ut materno educetur lacte, proprio alimento caloribus sui naturalibus non nutritur secundum iustitias patris conditiones de mater que ferventer spem diligat, eos condescendit beneplacito, & infantem suis alit vberibus.

Natus Deo est velut charissimus filius populi Christiani quem in Divino illo genit matris trimonio quod Christus cum sponsa sua Ecclesia consummavit in thalamo Crucis, & velut filium dilectum ratorumque cruciatum, humeris

pere dilexiss, quod ipse donorum telatus est excellen-
tia, quibus illum statim cumulauit, quae
praeteritis vique modo ita fuerunt superiora, vt
in admirationem rapuerint ea cognoscentes.
Quinimo à longe illa dignoscens Dauid lumine
collustratus Prophetae, ait: *Non sicut taliter om-
ni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis:*
nullam etenim nationem ita Deus extulit vt il-
lam participem redderet nobilissimi sui sangui-
nis, quem dum illi ad eius pro, inat exaltatione;
ad itatum ascendit supremum, qualis est populi
Christiani, qui ipsum gaudet privilegijs quibus
Diuitias: quando quidem eo accesserit vt esset
Deus, si non ex natura factem ex gratia, cum
fructus eius in hunc finem Christus Domi-
nus.

Progenies sponsae suae Ecclesiae illustris, ea
est quam illi tribuit in nobilitate sanguinis sui,
quem eius gratia profudit, illi communicauit
privilegia sua, imo & e conditiones Dei: cum il-
lam sanctam reddiderit immaculatam, non ha-
bentem rugam aut imperfectionem qua vilescer-
et: hos illi titulos ascribit D. Paulus, quando
faciens de illa mentionem dege eius nobili-
tatem quo Christus illam vt sponsam suam
deceat, ait: *Christus dilexit Ecclesiam & tradi-
dit semetipsum pro ea vt illam sanctificaret: & ti-
tulos exponens quos ex eius nobilitate con-
quisiuit, addit: Vt exhiberet ipse sibi gloriosum Ec-
clesiam, non habentem maculam aut rugam aut
aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata.*
Hae sunt nobilitas quam illi concessit, & in il-
lam sibi proprios transfudit titulos, vt alio loco
declarat idem Apostolo, quos illi Christus sponsus
eius tribuit, suo sanguine illi communicatos:
Lanctis aqua in verbo, proprios ingenitae sibi
nobilitati: *Tulus decebat vt esset nobis Pontifex
sanctus, innocens, impollutus.* Et eadem phrasi D.
Petrus de pretio loquens nostrae redemptionis,
pretioso nimirum Christi sanguine, illius memi-
nit, eisdem illum titulis honorans: *Sed pretioso
sanguine agni immaculati Iesu Christi.* Secundum
hanc nobilitatem filios suos fideles Christus di-
ligebat: vt autem ab illa non deficerent alijs non
permittit illos quam sponsae suae Ecclesiae nutri-
ri vberibus Ss. scilicet Sacramento, in quo dum se
Deus ipse tradit, illos Dei conditionibus & Di-
uinis adornat inclinationibus.

Alius filius Deo gentis populus fuit Iudaic-
us, illum nutrix commendauit alendum nem-
pe Moyse. *Porta enim in sinu suo, sicut portare so-
let nutrix infantulum.* Porro alimentu hos quo

illum nutrix illa alebat, terrenum fuit: quam-
uis enim Moyse sanctus fuerit, vt homo, tamen
inclinationes Iudaeis infudit hominum: terrenoque
affectus iuxta nutrimenti qualitatem: *Bona terra Isr. 1. 19.*
comeditis, & cum terminos transgressi sint quos
illis Deus praefixerat, nec promptam illam ler-
uauerunt erga Dei voluntatem obedientiam, qui
illos nobilitabat, non procefferunt secundum no-
bilitatem familiae hereditariae illius nobilis pro-
genies, qui creauit illos deditque esse naturales:
& ita illo nutrimento à Patris sui Dei nobili-
tate degenerarunt: cum terrenis insecti
prodierint inclinationibus. Verumtamen no pa-
titor populum Christianum alijs quam sponsae
suae Ecclesiae lactari vberibus, vt ex illis sanctita-
tis eius trahens nobilitatem, in omnibus Chri-
sto patri suo assimiletur: idcirco se nobis praeb-
et in cibum quatenus ipsum nobis incorpo-
rantes & ipso manente in nobis, ex eius alime-
to Diuinis renascamus clari conditionibus & in
nostris inclinationibus diuini magis quam hu-
mani videamur: *Et in me manet & ego in illo.* Et
cum Deus vt pater amantissimus se nobis tra-
dat, nos ipsi velut amantissimi filij eo modo nos
illi tradamus, vt alta in nobis non audeat defi-
deria nisi Patris nostri Dei.

§. 6. *Ut facilitatem euincamus, qua à Deo
nos elongamus, se nobis praebet in Ss.
Sacramento.*

Probat D. Thom. quod ratio propter quam
tam facile homo peccet, quandoquidem
cum sit actus rationi contrarius, videatur
quoque esse debere naturae rationali contrarius,
& consequenter magnam inde difficultatem or-
rituram in eius executione vel admissione, quod
ratio inquam sit, quia homo naturae sensitiuae
magis quam rationalis sequitur inclinationem:
& cum ex illa procedant peccata, idcirco maio-
rem in ipsis facilitatem experitur: & huius ad-
equatam proferens rationem ait: *Quia per opera-
tionem sensus homo peruenit ad actus rationis. Ideo
plures sequuntur inclinationem naturae sensitiuae
quam ordinem rationis. Incipit homo ordinem
sequi rationis per actus naturae sensitiuae: idcirco
promptorem se sentit vt sequatur illud ad quod
illa mouet illum & instigat. quam illud quod
distante ratione didicit: quia maior indubie fa-
cilitas inuenitur in aliquo incipiendo, quam
prosequendo donec ad finem eius peruenias: &
cum*

XIII.
Nos ce-
go ab e-
ius non
degene-
remus
nobilita-
te.

20
1. 2. q. 7. t.
ar. 2. ad 2.

II.
Ratio ob-
quam ho-
mo tam
facile
peccat.



eum via sit leuior, multi illam perambulant : & sicut per actiones carnis & sanguinis nos ab actionibus elongamus spiritus, cum Deus spiritualis sit & spiritus purissimus, ita maximam reperit homo facilitatem in elongando se à Deo, secundum quod maior est facilitas qua ad illa fertur quæ sunt spiritui contraria, quales sunt inclinationes carnes, sunt enim naturæ inferioris & sensitiue, per cuius opera iter semper aggredimur ad spiritualia. Luculenter hoc expendit D.

Ro. 7. 17. Paulus: Video aliam legem in membris repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem.

Quædam in parte inferiori membrorum meorum, nimirum in parte appetitus mei, sensuum violentia reperitur, quam in me sentio, quæ tantam mihi vim infert, ac si vi legis me suæ haberet dispositioni subditum: nam non obstante repugnantia quæ velut ei contraria, à ratione illi opponitur, quasi me ducit captiuum vt illam sequatur, & hanc omittam: nam cum lex rationis ac partis superioris me potius deberet impellere quam illa: tamen nescio quantum illa vim mihi inferat, vt me post se trahat, malum certe cuius me pœnitet: & inde facilitas oritur qua illi promptus obediō: quamuis enim secum rationis inuoluat repugnantiam, in me tamen se prœdit multo fortius: quandoquidem eius inclinationes me quasi captiuum abripiant: *Et captiuum me ducentem.*

III. Captiuus qui in terra natiuitatis suæ quietus manet & tranquillus, quando à tyranno captiuatur & inuis abducitur extra patriam per iter quod non desiderat, & quamuis repugnet, ad illud tamen compellitur quod renuit, & velut qui ex violento facit voluntarium, maiorem inuenit facilitatem in sequendo illud quod ei permittitur, quam hoc quod vi adactus ipse vellet. Bone Deus quam fortiter ad se trahit caro & sanguis, vt videatur nos ducere velut coactos illis inclinationibus quas ex carne trahimus iuxta sollicitudinem & vehementiam qua nos ad se pellicit & abducit, ac quasi in omnibus se Deo opponit: *Caro concupiscit aduersus spiritum:* videtur nos à Deo separare, & quamuis ratio detinere nos velit, vis tamen eius inclinationis nos abducit velut captiuos extra terram nostram naturalem, statim nimirum rationis, quæ dicitur Deum rebus omnibus anteponendum: & quandoquidem in hoc repugnantiam sentiamus, atque in illo nudum facilitatem, sed certo quodam modo impulsus qui nos vrget, mouet & sollicitat: facile nobis est à Deo nos elongare vt carnis obedi-

mus appetitui: & quodlibet eius habetur vt minus, nisi in nobis experientiam capiat, qua nos secum rapiat, & obtineat summa facilitate quod desiderat.

Vt video graues cōtra nos querimonias Deo exponit in persona Ephraim: illum etenim de minima reprehendens facilitate, quæ se à Deo separaret, hac admirabili viam simulat: *Ephraim quasi ausi auolauit.* Considerat Ephraim bonam operum affluentem quibus ex Dei benedictione plurimum indies augebatur: Ephraim namque ut dicitur, habet augmentum interpretari propter bona quibus illum Deus auxit & benedixit: eo modo quod aues in medio consistunt ingentis tumuli frumenti, quæ ex mero pipientes gaudio ex terra frumenti abundantia, comedunt & secure delectantur, quod illis hæc non possit abundantia deficere: nihilominus quantumvis ibi recedant & exsiliant ob præsentis alimentum mensuram stratum, si manus complodas, vel periculum aduertant se inclinantem vt lapidem accipiat, quoniam si vel brachium moueat, quam cito uolant, imminenti illis hominibus immemores, quoniam abdem fruebantur? nec hoc æstimant quod habentes certum ibi alimentum, nõ opus illis esse alio quætere, quod habent ibi securum, & alii non haberent nisi multo labore, & flocepeleent hæc quietem locum illum suæ recreationis deserunt, fugiunt & per æra disperguntur, ad quod sufficiens fuit res tantilla vt motus est hinc vel strepitus manuum persequens. Omnes sperant quærent: Deoiales accedunt: Ephraim augmentum significat, & quæ tanto ex Dei donis cumulatur vt Christianus? Quis sic effere potest beneficia à Deo sibi collata vt nos Christiani? Quis ita securum habet in Deo suis necessitatibus remedium vt possunt & habere debent fideles? Nihilominus tanta licet in Deo habet, & abundantia misericordiarum eius summe potantur gaudio, & quiddid desiderate possent obtineant: res quælibet futillissima à Deo eos potest elongare: *Quasi ausi auolauit.* Quis se à Christiane in fugam coëgit? Rex nihil, vna mulieris vestimentis strepitus, percussio vel minima caleci alterius, representatio ter minoris quæ delectatio in tomnis habita, signum aliquod venditiæ iniuriarum, motus lucri pauperis licet impendio sanguinis, verbulum leuadmodum illud dictum, modicus oris aer quo passim illi obtruditur.

An esse aliquid potest vilius? Hoc tamen valet à Deo separare & obliuionem indirecte

tate bonorum abundantia: quanta in Deo frue-
 ris, vique memoria expellas ingentia beneficia
 quae quotidie recipis an possibile est quod hae
 futilla memoria tibi eripiant tanti momenti
 bonorum, vt hae propter illa deseras impru-
 denter? Vnde iustam Deo contra te expostulan-
 di materiam praebes: *Ephraim quasi avis auclap-
 sit* Argumentum profecto evidens nimis faci-
 litatis qua nos à Deo separamus. Hec dolen-
 dum nimium nostrum infortunium: *Infolix ego
 idem quis me liberabit de corpore mortis huius?*
 Hec miserum me, quis me ab hac expediet mi-
 seria? Nostri quis? Caro & sanguis Christi, Deo
 in illis manente, teque illum recipientem, tu in il-
 lo manebis & sicut ex te ipso facile non poter-
 ras te separare, per hoc poteris illam obtinere
 facilitatem, qua nunquam à Deo te separet: *Qui
 manducat carnem & bibit vinum sanguinem
 in me manet & ego in illo.* Illa de causa in SS.
 manet Sacramento, quo hanc nostram euincat
 facilitatem elongandi nos à Deo: etenim vt cer-
 tum habeo si semper illum habeamus nobis ita
 proximum, difficile illam nobis fore à diuina es-
 sentia separationem: sicut maxime arduum
 foret cuilibet creaturae ab ultimo suo sine separa-
 rati, eamque extra naturae suae centrum ab-
 duci.
 Nostrum omne bonum in ymione cum Deo
 consistit, sicut & creaturarum omnium cum cen-
 tro suo: & eo modo quo tunc quiescit creatura
 quando in suo exiliter centro sineque suo con-
 iungitur vltimo, nempe Deo, cum ipse sit animae
 nostrae centrum, eiusque finis vltimus: ita tunc
 maxime securam reputabimus eam, quando Deo
 maxime fuerit coniuncta: sicut autem nulla ita
 potest illi coniungi, sicut ea quae illum in se reci-
 pit: aditro vt bonum nostrum nobis assera-
 mus, & maximam statuamus difficultatem in
 separatione ab eo, se totum nobis tradit, vt illum
 recipiamus, & viuat in nobis, sicut nos in illo. *In
 me manet & ego in illo.* Deus est vita nostra. *Ego
 sum via veritas & vita:* quam nunquam ita se-
 curum habebimus, quam dum Deo fuerimus
 copulati, & existente illo in SS. Sacramento, in
 quo totus Deus nobis erogatur, iam in illo vi-
 tam nostram gaudemus securam. Deus est ipse
 diuina, habetque omnes in manu sua. *Et in fini-
 tis eius diuina & gloria:* & nunquam illis cer-
 tias precietur, quam dum in SS. Sacramento eo
 modo Deo nos vnimus, vt in illo maneamus: *In
 me manet & ego in illo.* Et tandem in Deo finis
 est & nostrorum complementum desideriorum,

ac summum bonum quod vacuum nostrum po-
 test implere: tunc autem illud cumulate plene-
 que possidebimus, quando in SS. Sacramento, ita
 nos gaudebimus vntos illi sicut nobis ille con-
 iungitur. Cum ergo tam immensam donorum
 Dei copiam hauriamus in hoc diuino Sacra-
 mento, vbi tota certitudine Deum complecti-
 mur Sacramentatum, nunquid vt certam habe-
 bimus vincendam facilitatem qua nos à Deo se-
 paramus? nunquid dicemus Sacramentum hoc
 quodlibet ablatum impedimentum quo tanti
 boni gaudii possemus privari?
 Hoc nobis exposuit Christus in praefatis ver-
 bis. *In me manet & ego in illo.* Sæper insigne ali-
 quod mysterium explicaturus his vntis verbis, *Quid sit,
 D. Ioann. In me manet Nam* praterquam quod manere
 D. Ioan. etiam illis vsus fuerit in suo Euangelio: in aliquo.
Manete in me & ego in vobis, & etiam sæpius in *Epist. 1.*
 alijs locis illis vtitur: nam multoties in Epistolis
 hae scribit: *Qui manet in charitate, in Deo manet,
 & Deus in eo,* & statim eundem terminum
 iterato legimus: *Vt maneamus in illo.* Non dubito
 quia magnum hic lateat Sacramentum, cum totis
 repetatur: Quia Deus nostrum est omne bo-
 num, eius secura gaudii possessio, quo finis pos-
 sumus, consistit in esse Deo vicinum, ita vt quan-
 to nobis illum habemus viciniorem tanto bonis
 cumulabimur abundantioribus: *Mibi autem ad Ps 71. 126*
habere Deo bonum est. inquit Dauid, iudicans tan-
 tum esse bonorum cumulum quo ex vicinitate
 cum Deo fruebarur, vt singulis non praesumat
 nomen imponere, sed illa quasi cumulatum pos-
 sidens, dicit se illis gaudere, Deo dum vicinus
 adheret: & quemadmodum qui se à bono sepa-
 ret, non potest non in omnia prolabi malorum
 infortunia, ruinam suam & naufragium: ita simi-
 liter qui se à Deo separat quid speret, imo quam
 non timeat euerfione, ruinam & calamitatem?
Ecce qui elongant se à se, peribunt. *Ps 71. 27.*
 Vt igitur D. Ioan. significet nos omne bonum
 comitari, dum Deum in SS. Sacramento recipi-
 mus, atque ab illis omnibus liberari infortu-
 nijs, hunc terminum assumit: *In me manet & ego
 in illo:* vt tanto laboremus diligentius semper
 eam Deo vniri, vt propter quodlibet etiam tra-
 ximus momenti, ab illo nos minime separemus:
 quandoquidem impossibile sit facile nos malum
 sequi omittendo propter illud boni incremen-
 tum, & hic dum communicantes ita Deo appro-
 ximamus, vt maneat in nobis & nos in illo,
 quod quid boni hic lateat, nobis promittitur atque
 per illud cessat facilitas nos à Deo separan-
 di,

23 IX.
 Quod sit,
 D. Ioann. In me manet Nam
 D. Ioan. etiam illis vsus fuerit in suo Euangelio: in aliquo.
 Manete in me & ego in vobis, & etiam sæpius in Epist. 1.
 alijs locis illis vtitur: nam multoties in Epistolis
 hae scribit: Qui manet in charitate, in Deo manet,
 & Deus in eo, & statim eundem terminum
 iterato legimus: Vt maneamus in illo. Non dubito
 quia magnum hic lateat Sacramentum, cum totis
 repetatur: Quia Deus nostrum est omne bo-
 num, eius secura gaudii possessio, quo finis pos-
 sumus, consistit in esse Deo vicinum, ita vt quan-
 to nobis illum habemus viciniorem tanto bonis
 cumulabimur abundantioribus: Mibi autem ad Ps 71. 126
 habere Deo bonum est. inquit Dauid, iudicans tan-
 tum esse bonorum cumulum quo ex vicinitate
 cum Deo fruebarur, vt singulis non praesumat
 nomen imponere, sed illa quasi cumulatum pos-
 sidens, dicit se illis gaudere, Deo dum vicinus
 adheret: & quemadmodum qui se à bono sepa-
 ret, non potest non in omnia prolabi malorum
 infortunia, ruinam suam & naufragium: ita simi-
 liter qui se à Deo separat quid speret, imo quam
 non timeat euerfione, ruinam & calamitatem?
 Ecce qui elongant se à se, peribunt. Ps 71. 27.
 Vt igitur D. Ioan. significet nos omne bonum
 comitari, dum Deum in SS. Sacramento recipi-
 mus, atque ab illis omnibus liberari infortu-
 nijs, hunc terminum assumit: In me manet & ego
 in illo: vt tanto laboremus diligentius semper
 eam Deo vniri, vt propter quodlibet etiam tra-
 ximus momenti, ab illo nos minime separemus:
 quandoquidem impossibile sit facile nos malum
 sequi omittendo propter illud boni incremen-
 tum, & hic dum communicantes ita Deo appro-
 ximamus, vt maneat in nobis & nos in illo,
 quod quid boni hic lateat, nobis promittitur atque
 per illud cessat facilitas nos à Deo separan-
 di,

di . imo potius illum habendi nobiscum tanto securius.

XI. Explicatur hic locus de SS. Sacramento. Eccl. 15. 3.

Ita nobis hoc affirmat Spiritus S. quando locutus de certitudine qua laborandum nobis est ut Deū nobiscum habeamus absque formidine descendendi, sic ait: *Gibabit illi panem vitæ & in intellectu & aqua sapientia potabit illum.* Electis suis Deus cibum porrigit sed panem cælestem, qui vitam largitur & intellectum quoad declarationem mysteriorum fidei: & quid inde boni? *Et firmabitur in illo, & non flebitur, & continebit illum.* firmabitur in Deo: etenim tenebit illum, Divinum hunc panem manducando, sic ut in eius possessione nihil habeat quo cogatur illi tergum vertere: nam illum habens ut luum, difficile admodū illi erit ab eo se distingere: panē illi vitæ ministrabit, qui vitam mundo largitur, eumque in illa conseruat: *Panis qui dat vitam mundo.* Est similiter panis intellectus, quia nostrum illuminat, ut in eo Deum cognoscamus & lumine fidei eum reuelemus, qui nobis in hoc hanc proponit veritatem. Hoc igitur si in Pane illo mystico consequamur, quid nos potest a Deo separare? Nihil omnino: *Firmabitur in illo & non flebitur.* S. quippe Communionem iustus fortis ita redditur ut fortissimorum inimicorum vires eludat, ut ab illo quod preterdunt haudquaquam allequantur: *Panis cor hominis confirmet.* Panis est cor animique corroborans, ut taliter se in vniōe Dei conseruet, ut nihil sit quod eum possit ab eo separare.

1. Cor. 6. 33

Ps. 103. 16

Mat. 24

Ex SS. Sacramento.

Act. 2. 42.

Eccl. 15. 3

XIII. Et alij quoque effectus.

Hoc intellexi a Spiritu S. nam explicans discipulorum Christi fortitudinem, qua maxime mundi potentie ita resistebant, ut potentissimi eius Monarchæ ab eis impetrare non poterint a Deo quoad fidem defectionem, pro qua tormentis subiacebant: hanc Divino huic Pani adscribit. *Erant perseverantes in doctrina Apostolorum, & fractione Panis.* Ex hac igitur illis emanabat perseverantia, constantia, & fortitudo in vniōe cum Deo ut nihil posset ab eo illos amovere. Et alio quoque loco idem Spiritus S. affirmat: *Reborabitur tristis, & non flebitur:* quod sic explicat D. Bernardus: *Continebit carnis inordinatos motus:* siquidem ex carne procedat facilitas in nobis nos a Deo elongandi: SS. tamen Sacramento motus hi sic reprimuntur, ut hanc facilitas superet, atque in summam converatur fortitudinem ut nihil ab eo nos possit elongare: *Et solus consensus in magnis & sensum in minoribus.* Altissimas nobis infundet cogitationes, in rebus arduis & grandioribus nos faciles efficit, ut res

minima & nullius momenti nos requirant ab actibus repellant insignioribus: ut probant D. Ambro. D. Basil. & Cyprian. de SS. Martyribus: etenim illos adeo conglames firmos totaque in confessione fidei reboravit & in vniōe cum Deo solidavit fortitudo ex S. Communionem: in illa namque Deum semper habebat comitem, cuius præsentia in eis firmavit amicitia.

§. 7. Excellentiam commendat populo Christiani habere Deum in hoc SS. Sacramento ita sibi vicinum.

Familix alicuius generationis, seu populi nobilitas & eminentia originem suam a nobilitate prædecessorum: ut autem illam primorum parentum cognoscereamus, populi fundatorum, Iudei hæc de se extulerunt opinionem quod populus essent præcipuus, nobilitatis: *Gloriantur se vitam habere Abrahamicam:* si hanc parentum eorum sententiam prosequerentur, a Deo ipsis collatam iuvenimus, dum ipsi maxime sibi familiares excepit, quia erant illi viciniore. Probat D. Chrysolom. eorum que Deus illusterrimam promittit dignitatem & stema, sit illud quo se ipsum promittit, dum proximus est illique quasi lateralis cui fauet. Vratem hanc populi sui fundet in primo eorum parente Abraham nobilitatem, aliud nihil promittit, quo tantum illum euexit, & progeniem eius reddidit illustrem omnique poteros. Opprobriatus ex prælio victor redit Abraham: congratulatur ei Deus & laboris promittit mercedem, cum nullam a Rege Sodomorum accipere contentus fisset, licet magnam illi offerret. præter votum Deum apparet & ait: *Noli timere Abraham: ecce age eharissime, mercedem tibi consentiam omnimode magnam, alijque non conferentiam, quia stema tuū euadat illustrius. Noli timere: ecce Domine: Domine Deus quid labori mihi? Hoc ego queris: Ego protector tuus, & merces tua magna nimis. Me ipsum tibi offero ut tuum, & tuum sum futurus adeo proximus & collateralis, ut me protectorem habeas & præmium. An hoc tibi sufficit an plures quid postulas quod tibi dære posses? Nec quidem imaginari posses aut desiderare bonum quod hoc non comprehendat expende cum D. Chrysol. præuocem Ego. Qui hic? Vita æterna inuisibilis formodo, salus integra, opes infinitæ, sine termino requies, bonum, etc.*

omne bonum comprehendens vt vetius quam
altera dixerit: *In te vno omnia simul habebamus.*
Prima igitur nobilitas & populi Iudaici prerogatiua fundata in nobilitate primi sui patris ac
fundatoris, de qua omnis illa processit qua post-
modum illustres existerunt, omnis inquam illa
in eo consistebat quod Deum sibi haberet vici-
num & protectorem protoplastus eorum Abra-
ham: hinc ad nepotes eius defluxit, & eodem
plane favore illam, quam habuerunt, Deus con-
firmavit, iuxta illud quod filio eius Isaac Pa-
triarca contigit.

Morabatur Vir iste sanctus in terra Geratis
quo Deo precipiente profectus fuerat: multum
hic affligitur, etenim totum mundum sibi pati-
tur aduersarium: consolatur illum Deus & ro-
borat, de nocte quippe apparens illi ait: *Ego sum
Deus Abraham Patris tui; noli timere quia ego te-
cum sum.* Animus quior esto amice confortare &
esto robustus: fide namque diuina tibi polliceor,
adeo tibi vicinus ero, tibi subuenturus vt latus
tuum sibi clausurus: vade nil tibi timendum.
Ego, verbum hoc supernam denotat auctorita-
tem: hinc collige quanta illum Deus dignitate
nobilitatis dum tantum illi fauet, vt robur illi
superaddat seque statuat collateralonem.

Nobilitatem igitur attende qua primas ille
gauderet qui impensis seruitio Regis opibus suis,
licet adeo difficili & arduo vt ad extremas indo-
metas deduceretur sedendis foro: Rex autem vt
vniuersi illi inderet vires ipse lateralis illi congre-
deretur, diceretque: *sume animos, ecce tecum e-
go sum, ego sum Princeps auctoritatis &
Regni Dominus adsum tibi vicinus te defen-
surus: indubie fauor hic Regius in magnam op-
timam illius cederet nobilitate: quandoquidem
Rex, persona cum sit prima fulgens auctoritate,
illum quasi sibi extulisset aequalem, latiusque eius
circumferretur protektoribus. Ego, ita Deus Isaac,
ego, quis tu Domine? Vita, quid mortem times?
Salus quid formidas infirmitatem? Fortitudo, au-
te mori perterreat? Iubila in signum nobilitatis
quae te sequetur dum Deum vt tuum habueris,
quod postmodum filius eius Dauid, quasi de il-
la se in canticis cantu celebravit. *Dominus illumina-
tio mea & salus mea quem timebo? Dominus prota-
ctor vita tua, a quo respiciabo.* En qualis illum se-
quatur progenies: ita namque se Deus socium
praestitit Isaac laterique eius comitem, vt hoc &
hostes eius aduerterint: vnde despondentes ani-
mo concilium cogunt sicutque: frustra virum
huic impugnamus, aestiorem enim Isaacus:*

Deum quippe secum habet, omnesque adunati
adierunt illum seque cernuos pedibus eius pro-
strauerunt, amiciciae foederata promittentes atque
ex illa libellum illi sup, licem offerentes: muta-
tionem hanc non parum admiratur Isaac & per-
cundatur quid hoc noui? Vide haec omnia?
*Quid venisti ad me hominem quem odisti? & ve-
nisti ad me? & tuum me? & tuum me? & tuum me?*
Gen. 26. pulisti ad me? Vnanimis respondeat: ne mire-
ris Domine, animum armaque proticimus: *Vide-
mus tecum esse Dominum.* Tecum Deum habes
nullum tibi potest obesse incommodum.

Isdem verbis, inquit D. Chrysolto. Deus Is-
cob solatur, & sicut parentum ad filios eorum
transfert nobilitatem fauoribus quos ipsi ver-
bis illis exposuit. Paternis excelsis latibus Iscob
primae lanuginis adolescens, tenellus delicijis
assuetus vt diximus, lacte educatus amygdalo-
rum & paucis expletis in itinere diebus deserta
petit, in quibus se societate dolet fraudati ami-
corum, tenebrositate & maternis abstracti vbe-
ribus, dulcissima patris priuatum praesentia, loco
prostratum inuio velut animo deiectum inopem
consilij, nunc hac nunc illac lumina torquen-
tem, si forte quempiam inueniret ad quem se
morsus iuuandum reciperet: his igitur oppres-
sum angustijis nox apprehendit inter spinas &
tubos alium non inueniens ad quem confugo-
ret, quam lapides circumiacentes, & cum non
reperiret terram stratum vllum mollius nec pul-
uinar petra blandius, non parum anxiat: vt
autem omnem ab animo mororem expelleret;
nec grauiorem ex noctis tenebris contraheret
tristitiam hoc deserto conclusus, ad quietem se
componit: iam vix somnum ceperat, & ecce
Deus in summitate caelestis illi mystice innixus,
Diuini solatur eum blandimentis: *Ego sum Deus
Abraham & Deus Isaac Patris tui, & nunc tecum
sum custodicens te in hoc itinere vbiicumque profi-
cisceris.* Ita legit D. Chrysol. quod nostra vulga-
ta compendiosius. Ne fili mi credideris te solum
hoc in itinere peregrinari, comitem habes indi-
uiduum, qui te possit defendere, omnem auferre
metum, omnesque tuos fugare aduersarios, vt
nec vnus sit qui tibi vel hilum auferat vesti-
menti. *Quis ille Domine? Ego ipse qui tecum
sum tibi que vicinus: his itaque singularibus pri-
uilegijs Deus populi sui in eius progenitoribus
fundauit nobilitatem, vt ita ab omnibus nosce-
retur.*

Transimus ad Moysen, illumque Deus popu-
li sui ducem extollit: vt autem tali primotura tur quo-
parentum non deficeret stemma nobilitatis, illum que in
iam Moysen.

VI.
Similiter
& in Is-
cob.

Gen. 28.

VII.

N

16.
17.
18.
19.
20.
21.
22.
23.
24.
25.
26.
27.
28.
29.
30.
31.
32.
33.
34.
35.
36.
37.
38.
39.
40.
41.
42.
43.
44.
45.
46.
47.
48.
49.
50.
51.
perueniendo ad tantam terrarum communi-
cationis homini factae totius Dei, non videretur ali-
quid superfluum ceteris communicandum crea-
turis: & ita quasi illatum videretur oblitus, so-
lius tantum hominis memor, ut hac illum com-
municatione dignetur: & velut amor natura-
lis & manifestus quasi in ultimis terminis motus
sui naturalis, se prodit efficacior & velociorem
ad emittendum omnes difficultates: & impedi-
menta occurrentia, cum nullum eorum
resistere possit viribus & feruori: quo Deus ad
illum progreditur ut homini tanto plura confer-
rat beneficia: hoc sponsa sic declarat: *Eccle-
stiae vni factus in montibus, transiens colles.*

IX.
Et omnes
accidit
vicit
difficul-
tates.

O quales occurrebant difficultates ne Deus
veniret in mundum & multo magis ut in mun-
do existentem, singuli hominum illum habere
secum possent: peccata se illi opponebant, angu-
stia status nostri naturalis comprehendere non
poterat immensitatem Dei, opus ipsum in se
summe arduum erat: quandoquidem hoc erat
ut Deus in comprehensibilis moraretur in pectore
admodum limitato, & quamvis haec & alia
multa illi proponerentur impedimenta, perump-
pit tamen omnia, omniaque tollit: tenim velo-

citatis motus amoris eius infiniti, omnes has euer-
tit difficultates, agitque ut quicquid in illo est
licet infinitum, homini subijciatur, & ita in SS. Sa-
cramento ab illo recipiatur. Nec dubito quin
hoc D. Joann. declarauerit. *Eternitatem illam
exponit in qua Verbum Dei esse habebat, quod
Pater illi per actum aeternae generationis com-
municat, & considerans illum in hac dignitate
& statu superiori, sic ait: In principio erat verbum*

Ioan. 1.

*Et verbum apud Deum & Deus erat verbum. Bo-
ne Deus quam illum nobis excessum & subli-
mem proponit: quandoquidem licet illum loco
statuat adeo sublimi & vilitate nostra superiori,
addit tamen quod amor illum videatur deorsum
praecipitare ac per saltem infinitae distantiae inter
Deum & hominem, ipsum vnum ex illis effi-
cere: Et verbum caro factum est. q. d. vides hanc
omnium supremum qui velut Divinus infinitam
complectitur distantiam per infinitas suas per-
fectiones inter infinitas nostras imperfectiones?
noveris igitur quod amor secundum motum
suum naturalem illum attrahat ut homo fiat,
quem ut talem inter homines videbis conuer-
santem: quando vero ad terminum sinemque
accedit, in quo se Deus communicare potest, hic
prodit se multo efficacior: nec enim sistet
donec in nobis habitet, nostrumque pectus & a-
nimam suam statuat perpetuum sibi habitaculum:
Et habitavit in nobis. Summus hic modus*

X.

Summus
modus se
commu-
nicandi.

est quo se Deus communicare potest homini-
bus, vertex hic est altissimus communicationis, hic est
ad quem adducere potest illum ferventissimus
eius amor: ut enim proprium & naturale est a-
manti velle semper esse cum amato, cum Christi
amor ardentissimus sit, iam in fine quasi consti-
stentis, oportet & munus nobis conferendum
per amorem, maximum sit: & sicut singulis non
potest esse maius quam Deum in corde suo ha-
bere qui nos amat, quemque nos amamus, dum
se Deus totum singulis exhibet in SS. Sacra-
mento, vero verus est quod in hoc ineffabili
dono & beneficio infinito, quo nos in illo cumu-
lar, ostendat amorem a seius ascendere non pos-
se: quandoquidem ut maneat cum hominibus
eumque singuli secum habeant, hoc ita molia-
tur ut nullus hanc illi possit perturbare mansio-
nem. Signum hoc est esse summum ad quod at-
tingere potest Deus se nobis communicaturus.
Accedit igitur iam communicationis eminen-
tia ad summum, quod est habere Deum, & Deus
ut sit nobiscum, ad hoc evincat tantaque sup-
set difficultates: etenim hic terminus est summus
eius

proinde sicut secundum illam non poterat in illis operatum suum consequi intentum, idcirco remanet secundum illam cum æterno suo. Patre, vnicuique verbo remanet cum illo secundum Diuinitatem suam essentiam. Cum autem forma in qua opus suum erat perfecturus, esse debebat secundum quam nos homines, illum poteramus cognoscere, videre, & contredare: atque hoc esse non poterat nisi se ostenderet velut vanum de nobis: ad huius executionem figuram nostræ carnis assumpsit factus homo, quæ fuit illa quam assumpsit in vtero virginali Maris suæ purissimæ: *In ventre Maris mea figuratus sum caro.*

In hac venit figura quasi mutuo accepta & à propria prioris aliena: quod D. Ioan. declarat dicendo quod ut veniret nobiscum habitaturus Dei filius carnem assumpsit. *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.* Secundum hanc figuram ad nostram salutem descendit, & amoris satisfacit affectum quo nobis afficitur nobis se communicando: & secundum illam propriam manet cum Patre suo & amoris Patris complet affectum. Itaque ille idem qui mansit in cælis ipse est qui descendit habitaturus nobiscum. Exponit hoc admirabiliter D. August. similitudinis verbi & conceptus nostri intellectus. Hic idem conceptus quem vobis nunc enuntio, mecum manet, secundum esse spirituale seu intellectuale quod in se habet, & eundem illum ad vos mitto aere corporeo vestitum qui est velut vestis superaddita & aliena ab eius natura intellectuali, qua velut verbum sensibile illum emitto vt ad aures vestras perueniat, & ita missus realiter & vere mecum manet in propria natura sua intellectuali, hoc idem igitur (inquit D. Aug.) considerandum tibi est in aduentu Verbi Dei: mansit etenim in intellectu Patris secundum esse suum Diuinum & spirituale: arcamen secundum esse corporale & carne vestitum sensibili atque in figura aliena ac mutata descendit in mundum: atque per hoc duobus tunc satisfecit amoris affectibus quibus inardebat.

Hic motus in mundum veniens diuinam hanc inuenit praxim, suntque illi ipsi qui ad egressum ex hoc mundo in eius corde operantur eumque impellunt, vt alium quærat modum non minus admirabilem. Idecirco Euangelista meminit illius ingressus in hunc mundum, quando eius egressum describit: *Sciens quia à Deo exiit:* quatenus sciamus illum non minus inflammatum amore, quando egreditur, quam dum ingreditur: imo potius iuxta paulo ante dicta, in fine monstrare

voluit insigniores amoris inuentiones ex eo quod in illo notamus motus naturalis, non minus potentis dum moritur quam nascitur: in fine ex vt enim Deus est, nunquam illi potest deficere potentia: sicut in nobis accedente hora mortis, summa debilitas, summa debilitas, clariora totalis naturalis virtutis iactura, sensuum obstupescitio, omnium denique miserima paupertas. Christus autem ad vitæ finem properans atque de vltima sua tractans hora: *Sciens quia veni hora eius,* tunc vel maxime potentiam suam demonstrat, cum opera faciat summæ potestatis argumenta, qualia sunt institutio SS. Sacramenti, in qua amoris sui complet affectum, maiori multo potentia quam veniens in mundum: licet etenim tunc amor hominum illum attraxerit in mundum, non tamē se omnibus tradidit eo modo vt singuli esse eius Diuinum communicaret, sed tantum nature illi humane: singulari cui esse tribuit Diuinum: & quamuis omnes participes facti fuerint sermonum eius, doctrinæ, miraculorum, & conuersationis, non tamen se singulis vniuit nisi tantum illi humanitati quam sibi personaliter copulauit: modo vero egressurus ex hoc mundo: *Et ad Deum vadit,* clariora ingenij sui ostendit indicia, plenius satisfacit amoris suo, instituens SS. Sacramentum, in quo singulis hominibus suam communicat Diuinitatem, corpus, sanguinem, & singuli eorum illi remanent vnitati: *In me manet & ego in illo.*

Expedi vt ascendat ad Patrem vt patentes ostendat affectum ad nostram salutem: *Si enim Ioan. 16. non abiero Paraclitus non veniet ad vos.*

Mittete non poterat illis gratiam Spiritus S. hæc enim est quæ nos attollit ad Regni illius gloriosi possessionem, cuius portas nobis aperuit pretio sanguinis sui & vitæ clauis SS. Crucis in qua expiratus affuit: *Si non abiero mittam eum ad vos.* Porro per ascensum ad Patrem hoc bonum nobis erat tribuendum quod ipse nobis erat missurus: quo satisfacere saragit affectui amoris erga Patrem, ascendens vt cum illo esset: *Ad Deum vadit:* & similiter amoris erga homines, quandoquidem ascendat tanto nos bono cumulaturus. Porro cū ascensus eius esse non possit nisi nos derelinquendo, meo iudicio non omnino satisfacit affectui huius amoris, quo obstringitur vt nobiscum maneat. Mittete Spiritum S. ipsumque manere cum

Patre vt ab hominibus decedat, arduum valde Et etiam est hæc duo coniungere: quinimo in corde Christi non leuiore excitarent angustias quam sentit matris olum Rebecca quando ex duobus geminis neceat. *grauida,*

VII. Christus in fine ex motu naturali clariora amoris profert argumenta.

VIII. Christus in morte in inferis, neque potentior, neque infirmior.

IX. Christus vt Christus affuit: *Si non abiero mittam eum ad vos.*

X. Christus vt Christus affuit: *Si non abiero mittam eum ad vos.*

X. Christus vt Christus affuit: *Si non abiero mittam eum ad vos.*

timebunt Angeli & terris purgabuntur.

Quem locum sic explicat D. Hieronymus: quando balneum caput attollit super aquas, summa nauis formidine concutitur, quos appellat Angelos, quia velut nuntij & legati totum illud percussit: mare nuntia deferentes ex vna parte a l' altera in Hebraeo nomine ponitur: *Elaim* quod significat fortem & potentem, q. d. i. a. fortem duramque se ostendit inter maximas tempelates ut quanto vadis vehementius opprimat ut tanto se opponat audacius, ut ipsos fortissimos stupefaciat & horrore concutiat, nauas intelligo mare sulcantes. Verbum Hebraicum: *Nasa*, quod significat ferire, insinuat fortissimos quosque se nimios ostendere & fugere Balneam, dum se sentit percussam & vulneratam: tunc etenim si vel unquam suam depromit ferocitatem.

In his balneis conditionibus egregie nobis diabolus exponitur: per cor eius voluntas signatur iuxta phrasim scripturæ communem: hanc habet ita in malo oblitatam, ut nihil sit quantumvis durum, quod illum possit à malo retrahere: quomodo qualibet oppositione sibi facta fit periculisior, atque ex graviori contrarietate furoris accipit incrementum, inde sequitur: *Cum sublati sūt percussus fuerit, timebunt Angeli & terris purgabuntur*: est quod illum summo opere timeamus, dum nouimus eius tunc maxime furorē accendi, dum vires illi opponuntur contrariæ quibus evertatur, & quando suas perpendit, non omittit quin bilem suam, iramque exequatur. Timore poteramus non modico percelli quando Christus à nobis abscedebat: ex eo namque audaciores contra nos sumpsit animos diabolus, cernens quod Christus nostræ confortis naturæ vires illi ademerat, & ipse sibi confregerat quando matrem impugnavit & filium (ut narrat in Apocalypsi D. Ioan.) tempus patris expectabat filium decuraturus, eumque iam eum conaretur abripere, bolus ille de cre excidit viresque perdidit: *Et proiectus est Draco ille magnus serpens antiquus qui vocatur diabolus & Sathana*: superatus fuit in contradictione quam se illi opposuit, atque in propria destructione, voluntatis eius dumtaxat mansit pernicior ad nostram ruinam: igitur in nos animosior furere incipit, mansit furorē rabidus, & velut irritatus a roci bile nostram studuit promovere damnationem: *Abijt sacre prædium cum reliquis de semine eius*: tali furorē contra nos contumax excedit, ut cernens illum Angelus clamare cepit habitato-

rum terræ miseris hominibusque compatiens: *Va terra, quia diabolus descendit ad vos magnam Apoc. 11. habens iram, rabie furentem vidit illum descendentem contra nos, & maiore compassione nostri miseretur Angelus, videns quanta cholera inflammatus descenderit bilem suam excuraturus: Christum eiusque matrem impetijt: non illos superauit, imo victus ipse & extorris expellitur: Venit Princeps huius mundi & in me non habet quidquam.*

Vocat diabolus mundi huius principem ob rationes quas modo non licet immorari: Christum impugnavit, sed se delusum ingessit: ex eo namque tempore ut modo diximus, crines manibus euulsi, quod quidem operatus euentus non respondit, forsque pulsus eberravit: *Nunc princeps huius mundi eijcietur foras: & quem admodum miles in certamine vel monopachia decertans cum viro nobili, recedens ex arena vulneribus sauius, notatus ignominia atque exutus, omnem furorē suum, cum in ipsum non possit, in filios eius conuertit, & maximo quo potest furorē vires suas collinat: ita tibi diabolus describo ex prælio recedentem quo Christum aggressus est, devictum, prostratum, confusum & omnibus exutum, & cum iam furorē suum in Christum non possit exercere, illum in nos terroret: Magnam habens iram. O Domine quis modus nos ab illo liberandi? Quid acturi ut tantam eius iram furorēque euadamus? Si quando tanta non debacchatur ira, quantumvis Adam armis munitus esset iustitiæ originalis, illum tamen cerneret & superauerit: & David licet potentissimus Deique donis suffultus ad primam tamen eius certaminis veltationem succubuerit, quid de nobis futurum, quando nunc tanta fuit indignatione? Plura dico si iram comprimens videat Christum à nobis abeuntem, cum ascendat ad Patrem, ipseque sit qui nos ab eius furorē proteget, & nos inueniens quam non sibi victoriam de nobis pollicebatur: Enge agite filij mei: sic Christus nos consolatur, et eum vobiscum maneo: *In me manet & ego in illo. Ne timueritis, vester ego adsum defensor, & me vobiscum habetis.**

VI. Quid tenebras ille timeat qui secum solem defert? Quid sibi à frigore metuat qui secum Sed nihil ignem defert ardentissimum: Diabolus princeps nobis tunc est tenebrarum: Christus autem lux est mundi: mentis non est eum de morem timeamus, cum Christum dū Chrihabeamus nobiscum qui luce sua inter palpabimus nos ducit noctis tenebras: Diabolus gelu est bimus frigidis nobiscum.

V. Quia Christus illum superauit, in nos armatus.

VI.

III. Vide quomodo

IV. Quia ex parte furoris

Apoc. 11

Apoc. 11

frigidissimum quoad charitatem, Christus autem Divini amoris fornax: quantumvis acriter nos diaboli frigus impugnet, quid timeamus si Christus non ignem? ignis hic est Divini amoris ardentissimus ut suo nos calore protegat? *In me manet & ego in illo.* Habemus illum in SS. Sacramento: nam ut nobiscum maneret hoc instituit migraturus ad Patrem, ne nos illo destitueretur: idcirco diabolus suam in nos retinet indignationem, & quantumlibet conetur, exitum valde nobis inferre poterit detrimendum.

45 Deducit Dominus filios Israel per desertum, postquam redemerat illos de Aegypto dum autem nova illis de terra promissionis deferuntur nuntia ad quam tendebant, ingentes illos repererunt gigantes, monstra dixit hominum: *Vidimus monstra quadam filiorum Enac, de genere giganteo.* Iudicabant autem terram illam talium monstrorum productricem, illos deoraturam, unde spem omnem abiciunt, sortemque suam deplorant omnium miseriam, atque in murmurata contra Moysen & Aaon feruntur sediciosi, sibi persuadentes mortem illis potius expedire quam terrae promissae possessionem, ubi ex illis monstris tanta eos mala expectabant: proficit in modum Iosue, solatur pusillanimes deiectioneque erigit animos, omnia facile superanda, nihil posse nocere transeuntibus, absit ut vos terra deoret, imo potius tantis roborabimini viribus, ut monstra illa gigantum, ut panem sitis devoraturi: *Sicut panem et a eos possumus devorare: ut autem illis perfectum provocet animum sic ait: Dominus enim nobiscum est, nolite metueret: Scitote Deum nobiscum esse, quocirca nihil formidandum.*

VII. Probatur ex historia Iosue. *Num. 13. 34.* *Num. 14. 9.* *Quae nobis applicatur.*

VIII. Deducit nos Deus per huius mundi desertum ad terram promissionis caelum, educens nos de Aegypto id est statu nostrorum scelerum, ubi advertens diabolus quoad ex illis secedamus novus contra nos molitur oppositiones, monstruosos illos nobis representat gigantes, quasi nos essent consumpturi: quam procerum gigantem inopia puella representat quae proponit renuntiare fornicationi, quae illam sit oppressura, si proci a se dimittat, non habeat a quo nutrietur, nec qui eius curam gerat, nec victum procuret multo minus pallium, nec quidem aciculum aut minimum unde vivat; ignoscat mihi Deus quae monstra illi proponit, ut singula videantur illam velle deglutire totamque destrueret: usurario iniusta restituere meditati horrenda

nimis proponit monstra, si namque restitueret illi panis supererit ad victum, quod bona fama in republica honoretur, quod si ad inopiam recedatur, illius pallurus sit iacturam, & restitutione ad infelicem devolvendus sit pauperem: vana dicitur flagrant qui vitae male acta perterit, iniuriae cogitat remissionem, ilico monstrum obicit illum consumpturum: etenim si offensam remittat ut veceus animi excludatur, qui adversarij timore percussus & foris idne contractus, non audeat in medium prostrare honoris sui defensor, sed ab omnibus ut pusillanimitas deest: quae alis irridendus. (*Han us caetero caeteris.*) Sumamus animos, non est quod gigantes illos reformidemus: etenim nos non tantum non deglutient, verum si Dei precepta constanter obtemperemus omnes gigantes in terram proferentur & victores ex campo redibimus, quia nobiscum habemus Deum in SS. Sacramento: Nihil timendum: etenim dum Deum habemus nos defendentes qui cum singulis nobis manet, victoria Letabimur perfectissima: *In me manet & ego in illo.*

Perpendit hoc D. Paulus & indicat si Deum habeamus nobiscum nullum timendum nobis esse Antagonistam: sic ait: *Si Deus pro nobis (alij legunt) Si Deus in nobis, quis contra nos?* Quis vobis deo praeponet ut se vobis opponat? *Si Deus nobiscum & in nobis: Puerulus patri suo visus, canem non timet adlatrantem aut metu illum concutientem non metuit: securus enim est, videns secum patrem esse defensorem, Christus Pater noster est, mundi canis nobis adlatrat luxurij suis & carnis voluptatibus, nos terrefacit: diabolus autem frendet dentibus ut timore nos concutiat. Nihil vereamur, securi esse possumus, cum Pater noster Christus nobiscum sit ab omnibus nos erepturus.*

Proficiscitur cum filijs Israel Atca Eaderis Domini quam via comitem desererebant trans Jordanem aquae veto Arx tenebantur pro sententiam, & licet rapidissimo deorsum impetu caetera fluerent, se tamen cohibent ut rupes solidissimae, nec audent propius accedere ad filios Israel, secum Arcam Domini deferentes. Aquas transmitimus Jordanis tribulationum, persecutionum & calamitatum huius mundi: aquas inquam quorum impetus & abundantiam ne timoris submerforam: bono sumus animo nam nobiscum deferentes Arcam SS. Sacramenti, nequa nos aquae minime submergent, verum tamen quavis grauis sint angustiae ad Arx presentiam

quam ut rupes in motu consistens: cape me, illa ipse nobis viam sternent quatenus sicco pede, firmoque gressu, atque illis innixi transeamus ad iter Regni caelestis, nec nos auxilio suo destituet donec nos eius constituat possessores: etenim ad Arcam Dei conspectum, nulli labores, damnaque nulla nobis poterunt officere. Si Deus summum bonum nos comiteretur, quod malum nos impugnet? Si Deus laborum leuamen nobis lateralis adhaereat, ab illis nos vendicaturus, quos timere possumus cum singuli illum habeamus in SS. Sacramento? *In me manet & ego in illo.* Reuoluat quidquid voluerit contra nos diabolus suis lenocinijs, astutijs, dolis & fraudibus: etenim his omnibus non nisi cladem feret ignominiosam: nam cum supremas in nos animi vires exertuerit, dum Deum nobiscum habemus, quam imbecilles suae sint, agnoscat: quod quidem nos obstante eius furore finem non referat desideratum: imo potius rubore confusus, nostrasque cognoscens vires sese abscindat fugamque medietur, nos vero victoria laetetur illustissima: idcirco namque nobiscum manet in SS. Sacramento.

§. 14. Christus suos in discessu ad caelum solatur, cum illis remanens in SS. Sacramento futurus eorum protector.

Primum timere debent homines ne Deus ab eorum decedat Societate: Vt enim experimento discunt quantis afficiantur ex eius praesentia beneficijs, quando iam aduertunt aliqua via illum sibi posse eripi, metuntur nec merito ruinam suam, & velut tanti momenti iactura summo illos dolore consumit. Indignabatur grauer Deus filijs Israel, illius peccati maximi reus quod expendit Spiritus S. quando ascendente Moyse in montem vt cum Deo pro eorum salute loqueretur in exercitandum illud idololatriae scelus turpissime lapsi sunt: *Peccatum maximum*, quo nomine tertio repetitur, nempe *Exo. 32. 22* dum vitulum sibi autem conlarunt, in Deum crederunt, adorarunt, illique gloriam pro profuerunt, peris cunctis tribuere successibus: *Iti sunt Dijs tui Israel qui adixerunt te.* Proponit Deus feroce populum punire supplicio, medius interuenit Moyses, & Dei manum a supplicio retrahit cui Deus: per placet, te namque intercedente hoc eis remitto peccatum: verumtamen die illis, cum taliter me excipiant, eos relinquo & adeo, nec enim

populum ducere volo adeo rebellem: *Non asseci. Exo. 32. 31.* dam tacum, quia populus dura cervicis est. Replicat Moyses: Domine quid quaeso populus iste facturus est, ipsum te deserente? Qua ratione se tuebitur, & incolumis perlabit si tua fraudetur Societate? Ego inquit Dominus: *Mittam praetorforem tui Angelum, vt eiciam Chanaanum, & Amorrhaei.* Angelus a me mittendus illos a Chanaanis & Amorrhais defendet, cui nec totus poterit obesse mundus, damnoque vel minimo afficere: Angelus enim tali praeualebit industria vt nullo negotio omnes eorum evertat inimicos. His nuntijs acceperis descendit Moyses & hoc primum populo indicat. Scitote II. quod Deus a vobis discedat, verumtamen non ita deos derelinquet auxilio destitutos: Angelus enim plangunt eius supplebit vices, qui vos comiteretur & protegitur, quo fulti subsidio, non est quod hostem viliusculum timeatis: eius namque protectione tuti proficiscimini.

Quam primum populus haec verba audit, gemitus & suspiria omnes atollunt in caelum, ristes intonant: trenos summo languescunt: morore, pellomque induunt funeralem. *Aulienisque Exo. 32. 4* populus sermonem hunc pessimum, *luxu & nullus ex more indutus est cultu suo.* Censuit populus infortunum hoc esse quo nullum grauius, quod Spiritus S. hoc verbo manifestat, *Sermonem pessimum.* Non illis Angelus satisficit a Deo datus defensor: nullum etenim conferri potest bonum malo illi quod ipsis ex eius discessu imminet: vnde tantis hoc aceroris & tristitiae declarant iudicijs. Placet argumentum hoc confirmare verbis Ieremiae quibus ruinam clademque exponit Ierusalem superuenisse: ex eo quod Deus ab illa discesserat: atque ex iusto plandū quem describit Oseas ab ipsis assumendum: ob supremam hanc calamitatem illos opprimentem: *De reliqui quasi Leo umbraculum suum:* His verbis Ieremias de Deo loquitur, quo tempore Leo spelaei sui vigiles agit custodias, non est quod timeat aliquem in illud introitum, quia sua ferocitatis fortitudine tutus illud defendit, verumtamen illo id deserente & destitute patet omnibus obuiam vt quisque de illo quicquid animo sederit, agat.

Idem declarat de Ierusalem quamdiu Deus in ea colebatur & debito cultu adorabatur, fuit enim ipsi Ierusalem velut Leo fortissimus eam defendens velut propriam domum, quibus cumulat bonis? Quam illustres obtinet victorias? Nullus inimicorum illi vim inferre potuit eamque

IX. ca. 11. m. 41. X. ca. 11. m. 41. X. ca. 11. m. 41.

IV. *Qd vrb*
Hierula-
lem ap-
propria-
tur.

que inuadere, et enim optime custodiebant. Porro cum illi Deus defecit, ab illa egreditur eamque deserit, ob debitam defectum adorationis, vel desertum aurum ruinæ patuit, nemo non furorem suum contra illam ad eum conuertit destructionem, habitatores eius consumpti, eius ciues ignominijs affecti, magnifica eius ædificia in terram prostrata & diruta, rectores eius ac Principes ad tributa damnati, summis cladibus prostrati: & que precor tanti mali scaruigo? Quia ab illis deo discessit, tantorum bonorum eis olim tutor & conseruator. *Dereliquit quasi Leo umbraculum suum*, illam Deus deseruit, habitaculo suo excessit, & quid inde illi boni, imo non mali?

Ose. 9. 1.

Hinc quod illi præcepit Oseas: *Noli letari Israel sicut populus q. d.* iam non amplius populus es Domine habitaculum, quia à te egressus est teque deseruit, atque in tanta calamitatis supremique mali test monium quid aliud tibi incumbit quam plangere? Omnem à te expelle laticiam: cum enim Deo sis destitutus subiectum capax non es vilius laticiam, quinimo conuertete te decet cantica gloriæ in moeroris tristissimas ænias, cum iam voluptatis tuae sit ablata materia: etenim te Deo deserente non est quod aliud expectes nisi mille infortunia & sinistra omnia, quibus ad perpetuum plangendum & lacrymas obligetis.

43

V. *Et Saue-*
Sauli in-
dicauit.

Maledictus ille Rex Saul in finis se conspexit circumdatum calamitatibus, atque in mali sui subleuamen, vixit ad extremam deductus metam, non quietis quibus umque se possit solari remedijs. Sibi persuadet quod Propheta Samuel, quem semper factorem senserat & amicum, ei possit leuamen adferre si eius vel semel præsentia latoretur: vi autem illam sine per fas siue per nefas obtineat, modo illam allequatur, proponit illud executioni mandare. Iam è viuis excesserat Samuel, Saul autem opera Piphonissæ illum è sepulchro euocauit, aliusq. illi que a patre: quomodo vero hoc factum fuerit non est huius loci. Samuel igitur cantho & moribus venerabilis adstant coram illo, percunctatur: Quid postulas? Cur me inquietasti & hoc modo mortuum euocasti? Heu Pater mihi ne indigeris: circumquaque enim me mala premunt, nullum mihi in celo nullum in terra solatium, Prophetæ tacent, Sacerdotes hu meros contrahunt, omnis mihi subsidij porta clauditur, gementem me, plorantem & suspirantem nemo solatur, vocanti nemo respondet, afflictio calu-

que quem patior me totum absumit: *Conteret* & *Regis* subsidium, sicut m. hi Deo curata prouenit, Philistinorum copie mihi à tergo imminet, populus clarioribus suis me conuertit, Sacerdotes non sunt mihi, oracula obmutescunt, cor pro dolore diffunditur, iam nullum mihi, sic iudico, potest aliud malum accidere, nec dolor vilius meo comparari. Misereum te, inquit Propheta, an non certo hæc eras mala tollerentis? nec miteris hæc te tristitia & dolore præfocari? *Quis Dominus recesserit à te.* Si Deus te deseruit & procul abscesserit, quinguid vt certum habere debebas quod calamitas te esse oppellera, & omnis tibi via solaminis præstolaretur? *Quid Deus abiit quod speras alleuamen?* Ingemisce in conuisione lumborum tuorum, iam tibi subest, qui namque Deum non habet, non habet nisi quod deplorat, cum illi deiciat subleuamen.

Perpendit D. Bernardus illud Dei de *Salatin* D. Bern. *Ch. ipso sum in tribulatione*: vnde nominis quæritur in *ipso*. D. Bern.) Deum nobiscum esse in tribulationibus? Respondet ex hoc potissimum iuferte possumus illud quod tribulationibus oppressi constantes finis & patienter illas sufferamus, hinc doctus patet Deum esse nobiscum: *Vnde scimus quod nobiscum sit in tribulatione?* Ex eo videtur quod in finis ipsa tribulatione perseueremus in eo statu quem voluntas nobis Deus permittit, nec animo despondeamus, nec in illo pereamus, colligitur Deum esse nobiscum qui nos conseruat & quod etiam grauissimis atritici calamitatibus, in illis animam non perdamus, argumentum euidentis est, Deum in medio esse vobis: *Quis enim sustineret, qui sustineret, qui persisteret sine eo?* Itaque locuti esse debemus de præsentia Dei nobiscum quando nos ipsos in nobis sustinemus, nec in esse aut vita qua fruimur, desicimus, atque ad huius confirmationem, quando lugemus Deum à nobis recessisse nosque deseruisse, nihil nobis aliud superest nisi plangere & lacrimas calu integre nostræ perditionis.

Vnde collegimus tres illi adolescentes *Bar* *bylonij* in medium coniecti fornacis ardentissimæ, Deum illos comitari? Ex interiori qua de- *Er* *part* mulceantur laticia, qua toroabantur & con- *in* *tribu* seruabantur vt ab igne seruarietur illis. Non potest illos ignis consumpsit, virtus ergo Dei adterat *Bar* *ignem* *cohibeas*: vt autem pateret Deum illis *sust* *adesse* *dant* *signa* *laticia*: Ita aduenit Nabuchodonosor: *Ecce video quatuor viros solutos* *ambu-* *Dan* *1.* *1* *lanis*

lantes in medio ignis, & nihil corruptionis, qst in
nis, & species quartis similis illi Dei. Nihil minus
futurum erat quam quod Deus iuvenes illos in
igno conuaretur, quandoquidem viribus polle-
bant vt letor flammis circumdati illelos con-
ferarent, vt illic nec capillus de capite periret;
vnde tanta fortitudo, tantaque quam produit
alacritas, cum Diuinos cautes hy anos in me-
dio flammam, ab illis intracti perambularent. Ca-
lam nosse desit erat? Quia species quartis similis
illis Dei Scribit D. Hier. Patres antiquo dixisse
illu fuisse Christum Redemptorem qui venerat
vincula soluturus, quibus pueri constringeban-
tur, ardoremque ignis temperaturus ne illos in
cineres redigeret, Sint enim licet veracissima
ignis flammis, si Deus nobiscum sit ne timea-
mus ab illis comburi sed vt certum habeamus
inert illas, esse nostrum vitamque tuissimam
& mentis alacritatem sollicitissimam, Porro si
Deus nos desituat, vae nobis, calamitas nos ex-
tra nosmet ipsos in insolabilis luctusque manet in-
deficientior.

Aperuit D. Aug. in lucta illa Iacob cum Deo
preclarissima mysteria, & potissimum ait quod
Iacob exinde pranouerit quod futurum erat
post his mille annos amo vsque in finem mundi
suis quis quoru ipse personam referebat. Aderat
illi Deus pernox mille seruum suu iouens bladi-
ditijs ad ortum vero aurore primosque solis ra-
dios emicantes discessum parat & valedicit: *Di-
mitte me, iam enim ascendit aurora.* Quid hoc
Domine, tota mihi nocte comes perstitisti &
modo sal. illum meditates, modo in qua die illu
rescente ad lacrymas confugio, planctum assu-
mit, & ne discedat deprecatur, lucta hac non
brachioru aut corporis viribus agebatur, vt probat
D. Thom. sed precibus & lacrymis quas ob
Dei recessum fundebat vbertinam. O sublimis
mysterium! totum antique legis tempus vox
appellatur, nomine in SS. litteris vulgari. Hoc
temp. re Deus populum Iudaicum mille benefi-
cij donisque deu creiebat, cuius presentia hostes
superabant, nationes subiugabant, populos pro-
sternebant, gloria epibusque dicesebant: *Dom-
inus in medio tui, non timebis malum ultra.* Ait
Sophonias Propheta: ortu apparente luce Diui-
ni dom sol illi caelestis Christus Dominus suos
expo- rados, miracula scilicet, signa & do-
ctrinam, ita hac excepta fuerunt vt eum ad dis-
cessum impulerint. Illum intinetur Iacob, Chri-
stum inquam, a populo suo recedentem & su-
tutam eius cognoscens summam infelicitatem,

plorat & ingemiscit quia cernit illum ab eis ab-
euntem. Aduertunt Apost. Christum breui mi-
gratum ad Patrem, vnde illos erat necessario
deserturus: tum eum habebant p. presentem tanta
de manu eius accep. rant beneficia, & caelestem
adeo ex ore eius hauserant doctrinam, tam in-
absentia signa viderant miracula, b. naque que fecer-
at. hac omnia consecuti fuerat quia illum ha-
buerant secum vt magistrum illos docentem &
Deum illis beneuolum: audivit nunc illum de-
di. cessu ad Patrem loquentem, atque ex eius recessu
tantorum merito bonorum iacturam, reformi-
dant, & non minus quam Iacob illam deplora-
rant ex absentia qua migrans hinc illos deserit.
Vt autem abtergat illis lacrymas p. naque illos
alacriet, cogitat Christus manere inter illos nec
desit uere, imo vicinior adesse quam haecenus
fuerat: circo instituit SS. Sacramentum vt no-
biscum ipse maneat & nos in illo: *In me manet*
& ego in illis, quatenus illo nobis adeo vicino, ni-
hil nos conuilet, quandoquidem habendo il-
lum hic sub speciebus sacramentalibus nobis
bonum hoc non desit, quod consequimur ex
eius in nobis societate.

Conspicit Elias sibi abreptum Eliam, quod-
que illo priuatus mille subiaceret in felix calami-
tatis, omni desitutus necessitatibus suis reme-
dio: quocirca dolet ferru, molestus eius ablen-
tiam: remedium futurum Eliseo in solauum, pal-
lijum fuit Elize quo corpus suum contegebat, re-
liquit remansit illi atque cum illo non minus ab
Elia beneficio cunua ur, cum huius solidiss
ac virtute aquas Iordanis sicco pede trant mite-
rit & mille beneficia hoc opitulante, pallio rece-
perit. Abripitur in caelum Elias, plorans acclamat
illi Elizeus: *Patet mi, Patet mi, curius Ihuat*
auriga eius. Heu quam recessus hic illi tristi-
tiam iniecit, verum tamen manet illi sola-
men, cum pallium recipiat corporis Elize t. gu-
mentum. Discedit Christus ad Patrem: *Ad*
Deum vadit, videtur nos derelinque, & ipso ab-
sente mille calamitatibus obrutos, eius absentia
proprijs effectibus: *Tristitia implet cor vestrum.* *Ioan. 16. 6.*
solatur nos tunc steteritis filij mei: quamuis enim
abscedam vobiscum tamen maneo: pallium meum
accipite, hic vobis carnem meam & sanguinem
Et Chri-
xelin. uo: *Habitu inueniunt ut homo*, quo v. iustitias
contegitur: *In quo inhabitat omnis pleritudo Di-
uini atq. corporalis.* Tegumento later harum
specierum sacramentalium sub quibus nobiscum
manet: quocirca ne timueris, nulla etenim tribu-
lacio te prosteruet, nullus te inimicus turbabit, a
morte.

X.
Apostolo-
rum ex
Christi
absentia
meror.

XI.
Ad co-
rum sola-
men SS.
instituit
Sacram-
tum.

50
XII.

Elias Eli-
seo pal-
lijum suu
reliquit.

4. Reg. 2.
12.

Ioan. 16. 6.

XIII.
Et Chri-
stus nobis
pallium
humana
tatis



XIV.
Hoc trās-
mittimus
Iordānē.

Ps. 121.

morte ne reformides, cum iam vitam sū habi-
turus: nec morbos, cum tecum futura sit ipsa
salus, nec ipsum metuas in ferum, cum obiecto
gloriz sis letaturus, hac munitus chlamyde a-
quas transmittes Iordanis, mundi inquam mise-
riarum & infortuniorum: cum nihil eorum ob-
stare possit quo minus ad eternam peruenias
promissionis cælum inquam, hæc ab omnibus te
defendet, hæc iudicis nihil tibi formidandum:
Dominus regit me & nihil mihi deerit. Deus me
gubernet, quid mihi deesse poterit? Nihil legit
alia versio: *Dominus Pastor meus*, qui me carne
sua & sanguine pascit, *In loco pascua ibi me colla-
uunt*, tali me loco statuet, ubi in cibum cæle-
stemque pascum seipsum exhibet vt me illi
vniat & incorporet: hinc quæ bona? *Esi ambulā-
uero in medio umbra mortis, non timebo mala*: me
licet impugnent inimici, non timebo: *Quia tu
mecum es Domine.* Deus mecum est in SS. Sacra-
mento, in quo illum recipiens, ipsum in me ha-
beo, & ego in ipso sum, quid mihi accidere po-
telt finistri? Vt autem Christus hoc nos solami-
ne delinuat, recessurus ad Patrem, nobiscum esse
vult in SS. Sacramento.

*f. 15. Dum se Christum in SS. Sacra-
mento præbet in cibum, nos sibi vniōne
copulat admirabilis.*

¶ I.
Summa
ex pecca-
to inter
nos &
Deum
distantia:

Infinita erat intercepdo inter nos & Deū
orta ex peccato: quocirca nos Deus velut
inimicos habebat: quia nullum patitur Deus
magis contrarium quam peccatum: quantum
enim est ex parte peccantis, sicut in illo finem
suum constituit vltimum, cum duo fines vltimi
esse non possint, ita necesse est vt in actū pec-
cati desinat Deus esse finis noster vltimus, sup-
posito quod peccato hanc gloriam deferat, illam
Deo detrahentes, qui finis est vltimus
verusque omnium creaturarum, & per conse-
quens quantum est ex se Deum destruit. Hæc
dato au grauior alius esse potest illi inimicus &
quam procul nos à Deo elongabit: & quantum
per illud homines aberant antequam Christus
nos Patri suo reconciliauerat? Hanc intendit
distantiam vniōne copulare perpetua, nos Deo
vniens, & amicos efficiens: ad hoc autem ele-
git vt medium SS. Sacramentum in quo sub spe-
cie cibi se nobis tradit, vt ita ad eius reuertamur
amicitiam, illique tam arcte vniamur, vt in
Deo nos maueamus & ipse in nobis: *Qui man-*

*ducas meam carnem & bibi velum sanguinem in
me manet & ego in illa.* Hoc consilium debet ad hunc
Spiritus S. quo ad viuiformem vniōnem inimi-
cus maxime separatus reducat, si nempe sa-
cramenti cibum offeramus quo fiet vt au-
gustinus mi distiformes conformentur: *Si iunxerit immi-
cus tuus, cibus illius: & pyrami enim congregabit super
caput eius.* Scito si hoc feceris carbonem ignis ac-
cenlos super caput eius effundes, non quibus
comburatur, sed quibus maxime distans & o-
longatus coniungatur: quam admirabilis similitu-
do! Nihil tanta pollet ac ignis virtute vni-
ua: ferrum maxime refragatur vapore diuini
huic vniōni, quod licet ita sit illud tamen ignis
coniungit vnumque alteri ferro ferrum copu-
lat: eadem patet experientia in chalybe, ar-
ro vel argento: vt autem inter se vniatur
ignis hanc operatur vniōnem & distantia con-
iungit. Nihil adeo difficile copulatu, quam duræ
sibi oppositæ voluntates: quæque ad inam vi-
olenter trahit partem, & quo vna recedit altera
recedit, vide maxime arduum est illas sibi
approximare vt inuicem vniantur: ex altera parte
cuiusque obstinatio in eo quod aggitur il-
lam reddit ære ferroque duriorum. Vt hæc ergo
copulentur voluntates, nihil cibo potius que
congruentius, hoc est extremæ inimici necessitati
cibo potiusque subuenire.

Cruciente prelio decertabat Dei populus
contra Regem Balac, & furibunda tremebat
vindicta in Moabitis tam viros quam mulieres,
Vires populi Dei notat Rex fortissimas, & ad
industriam recurrit vt eius munitiones illi non
proficiant, ariolum consulit Balaam vt de re-
medio prospiciat opportuno, cui prælitigatus
hoc suggerit consilium, vt producat in campum
exercitum, mulieres venustate corporis & adu-
lationibus insignes, quæ filijs Israel de iocis vi-
ctumque offerant acceptum, quo fiet vt operam
de illis consecuturus sit intentionem. Terminus
elegantè hanc historiam D. Chrysostomus & anti-
quus Origenes & robur ac vires expententes
Israelitarum contra Moabitis eorumque mille
res, asserunt eos animo fuisse adeo generoso ac
forti instar adamanteum: etenim Balaam illas in-
uitus populi Dei legiones, ordinem, robur &
pulchritudinem, licet adesset illis malefactorum,
tantam tamen admiratus earum fortitudinem,
qui malefactorum eis venerat, mille complet eas
benedictionibus: *Quam pulchra tabernacula tua
Iacob, & tentoria tua Israel!* Vnde se submittit,
& regi omnem spem auferet remedium, cum antea
tabulo

tanto populus Dei vigere ac robore praeuale-
ret, maior autem adhuc esset similitudo qua con-
tra populum incandesceret maledicti illius Re-
gis Balac: Nihilominus ut hic à mulieribus ad-
uocatur delicijs cibisque allicitur, omnem remi-
ssit inimicitiam & voluntate ita conuenit
vt eum illis fornicaretur: *Fornicatus est populus
cum filiabus Moab quae uocauerunt eos ad sacrifici-
um sua, ut illi comederunt, & confestim foedera
iunxerunt amicitiae cum mulieribus Moabitari-
um.* Quis huius auctor prodigij? Ut quas prius
tanto fuerant odio execratas, illarum pane &
delicijs pasti tam ardenti illas sint amore com-
plexi, vt inter se ita conuenierit, vt hi relicto
Deo suo, Pseudodij mulierum sacra facerent: *Et
adorauerunt Deos earum.* Quis illos sic adua-
uit? Quis corda conuixit, cum ex veteri distidio
tantum à se mutuo distiterent? Tibi compertum
sit panes & delicijs hoc patrasse miraculum &
vniorem hanc perfecisse.

Intendit Christus nos sibi coniungere: vt
vnum quid cum Patre eius essemus: *Vt omnes v-
num sint sicut tu Pater in me & ego in te: vt &
ipfi in nobis vnum sint.* Quid remedijs? Sunt e-
nim homines Dei inimici, eaque de causa infi-
nitio ab illo distant intervallo. Quis hanc efficit
vniorem? Quis extrema adeo distita coniunget?
Medio vitur Christus illo quo mulieres Moa-
bitarum. Prodit illis obuiam cibosque offert
non quoslibet sed carnem propriam ac sangui-
nem, illis nutrit illos ac fouet: *Cibum illum carne
& sanguine Dei, hoc epulo eius succurre neces-
sitati, atque per hoc prunas congregabis super
caput eius: perficietur hoc prodigium vniouis
iusti cum Deo in SS. Sacramento: eo namque
modo se ipfi coniungent vt in ipso maneat &
ipse in eo.* Etenim proprium quarto modo est
vno cum Deo huius SS. Sacramento, & volun-
tatum coniunctio maxime distantium ac conti-
nuitatis, vt sint omnes idem & eodem modo
cum Deo.

Quod si mirabilem hanc SS. Sacramenti veli-
mus vniorem agnoscere oculis consideremus
esse verum sacrificium quod omnes Ecclesiae
populos in sua veneratione cultuque coniungit:
etenim ipsa sola est quae inter ceteras congrega-
tiones arctius copulat in vniuersitate volun-
tatis corda inter se diuisa, atque in eundem
conciliat animum in omnibus quae huius mys-
terij concernunt venerationem: & cum habeat
etiam rationem holocausti oportet vt ignis ad-
sumens sit: *Quia vt notat D. Thomas: Passio*

& Mors Christi Saluatoris in cinere, fuit velut
sacrificium peractum in Altari, Altare vero ho-
locausti in quo animalia offerebantur ex lignis
erat compositum. Ignem materiamque suppleuit
ignis charitatis & amoris Christi erga homi-
nes, ignis inquam qui non consumpsit hoc ho-
locaustum licet illud accenderit. In hoc SS. Sa-
cramento memoria recollitur siquae repetitio
Passionis & mortis Domini, quocirca in illo co-
siderate nos oportet eundem ignem Christum
in ea accendentem: & sicut in illa ignis exarsit
charitatis, ita hic etiam charitas Christi confi-
deranda venit velut ignis hoc inflammans ho-
locaustum: amor etenim Christi erga nos in
hoc patefecit SS. Sacramento: cum enim sit a-
moris Sacramentum, Sacramentum uocabatur
Eucharistiae id est *Bonae charitatis, ignis charita-
tis: unde figura fuit prodigij illius ignis de
caelo descendens cuius meminit 5 pagina: Ap-
paruit gloria Domini omni multitudini, & ecce
egressus ignis à Domino deuorauit holocaustum.*
Ob quam causam vt referunt D. Ephrem & D.
Chrysolost. SS. Sacramentum dictum fuit ignis: &
in antiquissima D. Iacobi Liturgia dicitur sacer-
dotes conuerti ad populum dixisse: *Domini
nos benedicat, & dignos nos faciat, qui puris
sacris cibis accipiamus ignem carbonem, & in
ponamus in ore fidelium ad purgationem & reser-
uationem animarum, & ipsorum corporum, amen.*

VIII.
Quod ab
igne di-
uino de-
moro de-
moratur.

Lentis. 9. 23
Citat. à
Bos.
Lib. 3. de
signis.
Ecl. f. 17,
im. n. 7.

IX.
Quis hic
igne huius
fuerit.

Lentis. 6. 22

Ni fallor singularibus circumstantijs propor-
tionem denotat illius ignis cum SS. Sacramen-
to, vt propriae figurae cum vero figurato: semper
inquit ardebit in altari quia praecipit vt semper
in altari seruetur hoc SS. Sacramentum, eritque
solum sacerdotis officium illius conseruatio:
quia solis conuenit sacerdotibus ex proprio mu-
nere eius consecratio: *Sic sacrificium istud insti-
tuit, cuius officium commisit voluit solis Presbyte-
ris.* At hoc quotidie factum opus: quia iubet in Ec-
clesia sua quotidie hoc offerri sacrificium: erit-
que perpetuum, quia Christus de hoc loentus
Sacramento iuxta declarationem Iansenij, Ly-
rani & aliorum, promissit Apost. *Ecco ego vobis
sum sum omnibus diebus usque ad consummatio-
nem*

II.
III.
IV.
V.
VI.
VII.
VIII.
IX.
X.
XI.
XII.



se nobis vniat vt nostram consolidet infirmitatem, nouaque vires ac Diuinum virtuti robur infundat, quo confirmata obtinere possit, quod suis non valet viribus. Frequentissimum est, dum aliquid valde debile est vt seipsum nequeat sustinere, adiungere illi fortius aliquid quo roboretur & succiat, vt quod ipsi naturalis negacitudo ex coniuncti virtute nanciscatur. Plantat hortulanus in agro suo tenellum aliquod virgultum, pomi, pyri, cerasi, vt autem tenuum est, recta sursum nequit accrescere, quia statim declinat in terram vnde sursum ascendere illi est impossibile, quod tamen maxime desiderat hortulanus: quocirca stipitem fortio- rem in terra plantat virgulto proximum, cui il- lud strictius alligat, quo fit vt recta sursum ac- crescat: ita vt quod infirmitati suae relictum non poterat, huic stipiti coniunctum facile iam pos- sit.

III. Pusio tenellus & recentet natus, ex se pedibus nequit consistere, nec ambulare, quia curum in- firmas non patitur vt seipso progredi valeat: quid agis? At tollis illum inter alterius brachia, eiusque coniungis, atque hac vnione iter perficit illi alioquin impossibile. Imo si fallat hac ea fuit Dei ratio in principio mundi, caelum terrae coniungendi, atque ex illis mundum componendi: quatenus id quod terra deerat, quae ex se debilis erat & impotens: Terra autem erat *vacua* & *inani* & *vacua* obtineret beneficio caeli, atque ita illi vniat, perficeret quod ex se non poterat. Intendunt Propheta Elias, eius discipulus Eli- saeus, quimmo Apost. Paulus novam defunctis illis vitam elargiri, vt narrat S. pagina: ad decla- randum autem quod defuncti illi ex se nulla vigerent virtute, nulloque robore ad opus ali- quod, nisi alius propius accedens illos adiuua- ret, seipso illis vniunt: ita vt Elias infantem illum suscitaturus, se hoc modo illi commensus fuerit, vt tertio corpus suum corpusculo defuncti adiuuaret: Et *expandit se atque mensus est super puerum tribus vicibus*. Elisaeus autem eius disci- pulus filium similiter Sunamitis e sepulchro re- uocaturus, quamprimum xdes eius subintrat & cadaver conspicit defuncti hoc illi modo se con- temperat: Et *incuruit super puerum, posuitque os suum super os eius, & oculos super oculos eius, & ma- nus suas super manus eius, & incurruit: se super eum* atque hoc modo novam illi vitam inspira- uit. q. d. Puer mortuus ex se vires non habet, no- merita, vt ex se ad vitam redeat amissam: ego me vnum cum illo facio, vt per me possit, quod per se non valet.

Quimmo mysterium hic habeo Incarnationis quo Deus nostram sibi carnem copulauit. Vige- bat necessitas vt homo in propria natura satisfac- ceret pro grauissima offensa qua Deum per pec- catum irritauerat: vt autem offensa erat infinitae grauitatis, satisfactio postulabatur meriti valo- ritque infiniti, cumque haec in puro homine na- turae tantum e reata non posset inueniri: quan- doquidem omnes eius actiones naturae vires, quae limitata est & finita, superare non pos- sent: oportebat vt satisfactio personae interueni- ret quae in ipsa natura humana virtutem meti- tumque haberet in grauitate infinitum vt of- fensa adaequaretur: haec autem ipsa persona Di- uina non poterat esse inferior, quae in propria natura no poterat hanc implere satisfactionem: partim quia vt persona infinita dignitatem ha- bere non poterat inferiorem quam secum trahit illa quae satisfacit illi cui satisfactio debetur: cumque tres Diuinae personae aequales sint: Et in hac Trinitate nihil vnus aut vnus, sed tota tres persona coeterna sibi sunt & coequales. Nulla ha- rum in propria natura huic poterat satisfacere obligationi: vnde fieri debebat in aliens ab illis natura nempe humana, quam sibi Verbu Diuini vniuit. Partim quia cum homo aggressor fuisset, illi competebat ex se satisfacere: Caro te vulue- rat, Caro te saluet. Vt autem homo virtute polle- ret ad satisfaciendum, iam autem ex se non posset infirmitate, Verbo Diuino adiungitur, & natura humana Diuinitati vniat hypostati e & indissolubiler: vt hac vnione posset homo, quod ex natura sua erat illi impossibile.

Tertio mirabilis haec exigebatur vnio in hoc mysterio: quia cum ille cui conueniebat satisfa- ctio, esse debebat liber ab omni peccato tantaque praesulgens munditia vt nec quidem posset illud committere: ita accepta foret Deo solutio quae pro illo rependebatur, nullus autem hominum ita securus erat a peccato vt illum posset facere: quia vt ait D. Ioan. *Si dixerimus quoniam pecca- tum non habemus, ipsi nos seducimus*. Nemo pu- rus homo a peccato liberatur: *Omni quippe caro corruperat viam suam*: tantum satisfacere pote- rat homo ille qui peccatum committere non po- terat, & ille aliis esse non poterat nisi ille cuius natura vnita foret illi personae quae ad pec- catum inclinare se non poterat, multo minus committere: haec autem persona fuit Christi ex se impeccabilis, & ita natura vnita Diuinae eius personae ab omni peccato reddebat immunis: non quod humana natura non habeat libertatem & flexibilitatem ad peccatum, sed vnita Diuino

V. Et in In- carnatio- no.

VI. Ex ratio- ne satis- faciendi pro pec- catis.

VII. Natura humana a Deo su- stenatur ne pec- cet in Christo, sup-

Q

supposito, sic ab illo fulciebatur, vt ad malum se non posset inclinare. Virgulam sume tenellam, patet hanc solam per se facile posse in quamlibet partem inclinari: verum tamen si hanc columnam alligens fortissimam nodo indissolubili & vnione inseparabili, non magis illam quam ei lumnam insectes. Vera dico, humana natura ex se virgula ad quodlibet vitium inclinabilis, quam quotidie diabolus nostram que insectant concupiscentiis: vt patet in ijs de quibus cecinit David: *Conuersi sunt in arcum prauius*: verum tamen in Christo iam vnita erat: columnam firmisimam Verbi Diuini, nodo sic indissolubili vt nullis posset viribus ab illa separari. Vnde cum impossibile sit Verbum Diuinum ad malum inclinari, ita quoque sanctam Christi humanitatem, eratque Deus qui operabatur, quod per illam perficiebatur.

Pf. 77. 57.

¶ 57
Li. 2. Cap.
Deus ho-
mo 8. 10.

Hinc D. Anselm. hanc elicit propositionem: *Primus homo Adam peccabilis fuit quia homo: Christus fuit impeccabilis quia Deus & homo.* Itaque soli Christo continebat hanc facere satisfactionem ob vnionem quam habebat natura humana cum persona Diuina: etenim ab omni peccato liberam esse oportet eam quae in hunc finem veniret: vnde Christus in eam finem veniuit: vt propter hanc indissolubilem vnionem homo poterit adipisci, quod naturae eius vires excederet: quia ex sua infirmitate non ita se poterat ab omni liberum praeseruare peccato, vt haec satisfactio requirebat: & ita natura eius humana per hanc vnionem in Christo cum Deo roborata, nostram poterat operari redemptionem, illis circumstantijs & conditionibus requisitis, vt ex integro homines aeterno Patri reconciliarentur. Itaque haec vnio Diuina nostram confortauit infirmitatem, eique virtutem tribuit & valorem, vt natura nostra debilis posset opus efficere adeo heroicum, tantique meriti vt erat pro peccatis nostris: satis acere meritis infinitis, quae grauitas essentiae infinitae postulabat. Vnio haec Diuina hoc perfectit opus in eandem ad quod vires illi non suppetebant naturales in tota natura creata, si gratia vnionis non illas ei dedisset in Christo, Diuinas & supernaturales ad opus illud efficiendum.

VIII. Hoc idem igitur tribuere vult Christus Dominus singulis nobis in Sacramento vnita inter nos facta vnione: *In me mansit & ego in illo.* Hoc vult ipse vt cognoscamus in Diuina hac vnione qua nos sibi coniungit homines sumus ex natura nostra flaccidi, imbecilles, atq; ad quodlibet opus heroicum languescetes: *Homo nauis*

Sol est uelut omnium creatorum Rex, quæ ut talem Deus in celo statuit: quale est sequitur solis: nulliter in mundo regnat? Fortitan non atripit bonum creaturatum, super quos radiorum potestatis suæ, splendoris & caloris immittit? Nequaquam: sed illis largitur quicquid in illis perfectum laudatur, & clarius in illis manifestatur. Luna tribuit pulchritudinem, stellis locum, terra virtutem producendi in absconditis suis uenis aurum, argentum & alia pretiosa metalla: campis germinandi plantas & herbas, communicat arboribus uitam, & uirtutem ferendi fructus tum sapientissimos tum tenerimos: aquis generandi pisces, floribus ut exaltantur uenustissimi & odore gratissimissimi ut ipse nec atomum quidem ab his accipiat: creaturis: nulla tamen est, que non ab illo recipiat quicquid boni habet: hoc enim intellego dixisse Dauid: *Nec est quis se abscondat à calore eius.* Talis est diuinus ille thronus SS. Sacramenti, hæcque ea gloria qua se gloriosum ostendit & magnificentum. Ego claritatem ab hominibus non accipio. Gloriam illustrationis suæ ac splendoris ab hominibus non emendicat, nec est in ipso aliquid perfectio seu excellentia ab eis participata, Christus nec uirtus aliqua aut res aliquid momenti, quæ ab ipsis mutauit: hoc etenim terrenis Regibus proprium est, qui ad throni suæ maiestatis subcimentum necesse habent à suis recipere subditis diuitias terrenaque bona, quibus ipsis succurrunt & adiuuant ad maiorem potestatem eorum magnificentiam: ipsi quippe hæc ex se non habent, unde subditi eorum fulciant & sustentant thronum.

Porro Christi Domini nostri thronus in hoc SS. Sacramento de se adeo illustris est, splendens & magnificus, ut ablit omnino quod ab hominibus aliquam maiestatis suæ partem accipiat: imo uero totum illis confer quicquid boni

ni pulchri gratique complectuntur. Angelis illuminat: quia ex claritate divinitatis Christi Domini relucet in illis lumen gloriae: quo illo percipiunt. Patriarchis dedit fidem: quia praeter illam quam habuerunt de Christo venturo, adauit eis illam quam habuerunt de mirandis & preclaris ab ipso prodigijs perceptandis, inter quae hoc elucet, quo nobiscum manet in SS. Sacramento, quod omnium est eminentissimum. Prophetis spem iussit: etenim dum confiderant quam liberaliter se suis hic communicet sub regimine illorum accidit um, accersit in illis spes videndi illum remoto omni velo clare ac manifeste post hanc vitam in gloria; & multo magis cum diuinum hoc Sacramentum eius pignus sit in ipso de hoc illos reddit securos. Apostolos charitate inflamauit, cum enim sit Sacramentum charitatis, & in quo amor Dei erga homines extremum exerit potentiae suae, nouos in illis excitat gratissimi amoris titulos, ut in illo huic amori respondeant Martyres fortitudine corroborant: quia vires sibi comparant tormenta martyrijs sustinerunt acerbissima ex hoc SS. haulerunt Sacramento: nam iuxta multorum SS. sententiam S. Communione in primitiua Ecclesia Martyres sumebat antequam ad Martyrium properaret: quia vires sibi comparant raris terendis cruciatibus conuenientes. Ita testatur D. Chrysostomus. *Vi leones flammam sperant, sic ab illa mensa discedimus.* Doctores replet sapientia, quia Christus Dominus noster sub his speciebus latens Sacramentalibus, thesaurus est sapientiae Patris: *In quo sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae Dei.* Confessoribus gratiam largitur & fortitudinem qua motus reprimant delicta nostrae naturae: sic enim audio D. Cyril. Alex. *Sedat cum in nobis manet Christus sanientem membrorum nostrorum legem, pietatem corrumpit, perturbaciones animi extinguit: quinimo mellifluis subfigit Bernar. Si quis nostrum non tam sepe ennuero, non tam acerbo sentit iracundia metu, inuidia, luxuria, aut caterorum huiusmodi, gratiam agat corpori & sanguini Domini: quoniam virtus Sacramenti operatur in eo, & gaudent quod pignus vltius accedat ad sanitatem.* Virgines exornat munditie: fuleit etenim illas in Virginitate nam idcirco dicitur: *Vinum & Jan. germaniae Virgine: quod Paschal. Doctes insignis Domini e. profecuntur: qui conferens verba illa Apostoli loquentis de vino nostro naturali: In quo est luxuria, cum illis Vatis Zachariae, de hoc sic elatur SS. Sacramento: Felix fructus ubertatis, ex qua Virginitas germinatur: nam in hoc nostri ger-*

mini vna castitas corrumpitur, ab ipso vero Virgi. Zacha. 9. nes procreantur: Penitentes de remissione delictantur peccatorum: ut enim probat D. Thom. 3 q. 79. Hoc Sacramentum quantum est ex parte sua virtutem habet proflorent in ex passione Domini ad remittenda qualibet peccatorum genera. Habet virtutem hoc Sacramentum ad remittendum quaecumque peccata ex Passione Christi, que est sors & causa remissionis peccatorum. Omnes itaque particulariter in virtute qua fulgent confirmat & corroborat: hoc enim ex Apostolo dicitur: *Omnia per ipsum & in ipso constant, sive in caeli sive in terra.* Nullum igitur bonum in filijs Ecclesiae respicendae, quod non ab hoc diuino sit participatum & collatum sole, SS. inquam Sacramento.

Quinimo & hoc declarat D. Ioan. Euang. 16 etiam describens thesauros gratiarum eius, quibus affatim abundabat, sic ait: *Vidimus eum Ioan. 1. plenum gratia & veritate: de cuius plenitudine nos omnes accepimus. gratiam pro gratia: id est a prima gratia usque ad vltimam.* Hoc supposito congruenter dicimus quod sit velut thronus solis: & hanc sumentes metaphoram hoc, mensuram capiemus, si constituamus solem esse, velut Regem ciuitatis exyllallinæ, qualem vidit Diu. Ioan. adan antibus pulcherrimus & clarissimus & fulgentem. Quod sol super illos regnet, hoc nemo dixerit in eo consistere, quod si se eorum sibi astrabat diuitias, lucem & quidquid habent pretiosi: quinimo quod ipse sua illis bona communice. Primo deit illis naturam adamantum: ex se quippe non nisi terra erant communit. Praeterea illis insidens & super irradians singulis esse quoddam participatum solis tribueret, ut singuli sol ipse esse viderentur. Vltimo gratiam conferret pulchritudinem omnibus eorum partibus & punctulis si haberent: ita ut quidquid in se cunctisque suis partibus haberent boni, a sole dimanaret. Hoc igitur est Deum in animabus residere eumque in ipsis velut solem in adamantibus continere, non ab eis quidquam sumendo, sed quidquid in illis est, producendo: primo diuinum esse gratiae, vitam spirituales & supernaturalem, secundum eandem ipsam, quae est in Christo: ut enim venissime dixit D. Petrus, participatio quaedam est diuinae naturae, & omnes eius partes velut exornat & illustres reddit: intellectum fidei vna, voluntatem spe & charitate, potentias omnes donis caelestibus & supernaturalibus: tandem Deus animae sua tribuit bona, imo & seipsum, & hoc modo residere locumque occupare velut in throno proprio in di-

2. Pet. 1. 4.



ina hoc solid per mirabiles illos effectus, quos in anima proicit, Deo propinquissimus est. Quo circa dum canit Propheta quod sol sit thronus eius, locus & sedes, in qua Christi respundet maiestas, proprie nobis declarat ipsum esse Deum.

Exp. nit D. Paul. eleganter hunc modum quo Deus in diuino hoc throno resideat, nimirum quod cum Deus sit anima, cui se in hoc Sacramento communicat, omne bonum: Deus totus, est in omnibus rebus: *Ps. sit Deus omnia in omni-*

VII. **SS. Sa-** cramenti vt animas ad regnum glorie suae lucraretur: videatur significare, quod hoc sit thronus Sanctorum: quia illi soli hunc possunt intrare qui tales fuerint. Vocatur SS. Sacramentum thronus Sanctorum: cum enim ex illo profuatur omnis gratia qua sanctificantur, velut de fonte & origine, de qua vita emanat spiritualis, idcirco in illo velut in throno Sancti omnes splendescunt: quandoquidem hic omnis sanctitatis suae communicationem ostendat: Thronum hunc Sanctorum fundat & confirmat per virtutem passionis suae ac mortis, qua velut ad vltimum mundi terminum: quando nunc mundus derabit, semper velut de perenni scaturigine procedet omnis gratia vitaeque spiritualis Sanctorum: semper enim Redemptor noster nobiscum in hoc diuino throno commorabitur. *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem saeculi.* Verum dicimus quod Deus sit in anima iusti per gratiam, eam vt proprium sibi assumens thronum: *Anima iusti sedes est sapientiae:* non aliquid ab illa recipiens, sed suum illi dans diuinitatem esse participatum, illuminans intellectum, inflammans charitatem, & memoriam excitans: porro secundum hunc modum exilendi in anima, non se perfecte ac integre Regem eius ostendit ac Dominum, quodque regnet in illa velut in magifico diuinitatis suae throno.

VIII. Nam regnare Deum in anima nihil est aliud quam suas illi diuinitas, thesauros, & ira seipsum communicare: hoc autem Deus non agit per solam gratiae suae communicationem: quia licet vt verum admittamus eam esse quandam diuinae naturae participationem, non tamen in ipsa est ac diuina eius substantia, sed tantum in effectibus gratiae supernaturalibus, itaque per illam participes sumus Dei, estque Deus in nobis, non secundum esse suum substantiale, sed in effectibus & accidentibus, quae in nobis operantur: nam ita declaramus hoc Theologice, quod se-

participatio diuinae naturae, quam iustus creditur: sic tantum communicatio Dei: inuentionis quae iuste communicatur per effectum, quod per gratiam suam illi conficitur. Verumtamen non se communicat Deus substantialiter, sed in hoc magifico throno SS. Sacramenti, vbi ipsa diuinitas substantialiter, quam communicauit naturae humanae Christi in persona Verbi, ea ipsa est, quam in hoc diuino throno communitur.

Audiamus D. Chrysostomum. *Vt non solum per dilectionem, sed et ipsa et illam carnem conuertat. In quo per cibum hunc efficitur, quem nobis largitur: quem eleganter sequitur D. Cyril Alex. Dicitur: An forte ista putat aduersarius Christi ignem nobis in nobis fieri. Nonne corporaliter facti communicantur carnis Christi, Christum in nobis habitare? Et clarus exponens hanc spirituales diuinitatis nobiscum unionem haec addit. Corporaliter solum per benedictionem mysticam nobis se habet vnitur. Spiritualiter autem vt Deus. Itaque ipsa diuinitas substantialiter vnitur nobis spiritualiter in hoc Sacramento: sicut in eo ipso eius humanitas se nobis vnit corporaliter: in eo quoque potentia suae manifestat magnitudinem: corpus & sanguis Christi, non separatum ab anima, sed illi vnitus, & ambo conuincta diuinitati: nam propter realem concordantiam, ita Theologos, quam habuit cum humanitate in vnioue hypostatica Verbi, sibi semper est, vbi conuincta fuerit humanitas Christi, cum autem ipsa vna sit in SS. Sacramento substantialiter, le hominibus exhibens in cibum. *Cara mea vobis tribuit, vere ac realiter est in anima. Christum recipientis, & ita perfecte & complete in ipso regnat: sicut dicimus quod sol regnat in altitante, in quo bonum omne producit, quod ipse completi ut, si se totum illi incorporaret, taliter igitur regnat Deus in anima iusti, secundum quod se illi tribuit in SS. Sacramento: quod est esse Deum in omnibus suis creaturis. *Ps. sit Deus omnia in omnibus, non aliquid sibi ab illis accipiens, imo potius quicquid in illi boni est, ei communicat.***

Quid sit regnare Deum in anima iusti.

4. 3. 100

§. 5. Communicantibus se totum Deus exhibet, sicut in gloria se totum beatis singulis communicabit.

F Vnus explicemus extensionem Incarnationis in SS. Sacramento, sique eius ratio fundamentalis quam sepius in illo triumamus: quod se maximam habeat cum statu gloriae proportionem communicatio illa qua se Deus hic communicat, multumque conueniat illi communicationi, qua se beatis in caelo communicat spiritibus, ubi sicut dicemus se totum praebet omnibus, & est omnia in omnibus, ut dixit Apostolus. *Erut omnia in omnibus.* His paucissimis verbis modum exponit quo Deus perfecte regnat in statu gloriae in singulis beatis, & in omnibus conuenit: ita ut singuli totum possideant Deum ut suum, & quidquid Deus est illis concedatur: atque hoc modo considerare licet illum regnantem in hominibus in SS. Sacramento, in quo cum se singulis totum tribuat quantum ad modum quo in Incarnatione se totum Deus naturae illi singulari Christi tribuit, manifeste patet, extensionem & dilatationem huius hic inuenti mysterii. In dubium est, cum Deus Dominus sit & Rex omnium vniuersae is, in omnibus illis regnet, sique per essentiam, praesentiam & potentiam, quia simplicissimus est & indivisibilis: vnde in illis omnibus est & ibuens esse & contentiones singulis proprietates, ut explicat D. Tho. ita ut, iuxta supradicta nihil ab illis accipiat, sed totum esse & bonum quo fruuntur, illis elargiatur. Porro non totus est in omnibus: quia quibusdam naturam hanc tribuit & proprietates, alijs alias, multumque ab his differentes. Caelo dat incorruptionem, sed non sensum, soli lucem, at non vitam, sp. endoem stellis sed nequaquam intellectum, fontibus refrigerationem, sed non in corruptibilitatem, ceruis leuitatem, sed non fortitudinem hanc leonum, sed non pulchritudinem, hanc pavoni sed non claritatem. Porro in caelo in statu glorioso beatitudinis, erit Deus omnia in omnibus, & in omnibus copulatum, quia indivisibilis est, & ita perfecte cumulateque in illis regnat.

§. 19 Hoc in Deo notavit D. Ambro. quando perpendens animae rationalis naturam, de ea dixit, quod creata esset ad imaginem & similitudinem Dei. *Creatus igitur Dominus Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam.* Attende, inquit,

eo modo quo anima est in corpore, si queque Deus in beatis, perfecte & totaliter in eis regnat, & similiter regnat in recipientibus eum in SS. Sacramento. Anima tota est in toto corpore, & tota in qualibet eius parte nec maior est in maioribus nec minor in minoribus. *Tota in toto, & tota in qualibet parte.* Qua ratione tota est in qualibet parte? quia indivisibilis est: verum quomodo tota sit in omnibus partibus, non tamé est in illis tota, quia opera sua omnia in omnibus illis non operatur. In oculis operatur visum, & non in auribus, auditum in auribus & non in naribus, olfactum in naribus & non in lingua, gustum in lingua & non in cerebro, imaginationem in cerebro & non in manibus. *Anima in suo corpore ubique viget, visificas illud, mouet, & gubernat, nec enim in maioribus corporum sui membris maior, & in minoribus minor, sed in minimis tota, & in maximis tota.* Et in hoc, inquit ille, Deo similis est, etenim Deus est omnia in omnibus, in singulis operando quidquid boni habeat: in quibusdam velut floribus pulchritudinem, in alijs refrigerationem, ut in fontibus, in alijs saporem & gustum sicut in fructibus, in alijs incorruptibilitatem ut in caelis, in nonnullis hominibus producit eminentem sapientiam, ut in Salomone, in alijs fortitudinem ut in Samso, ne in caelo autem ubi perfecte dominatur: *Erut 1. Cor. 13. omnia in omnibus, totumque se omnibus communicabit.*

Totum se dabit omnibus, quia se singulis Sanctorum vniat, se in animabus statuens singulorum, ac si Sol se totum statueret in adamante, ita ut se damus sit vnum in essentia, & trinum in personis, omnipotentiam suam, aeternitatem, gloriam, diuitias, magnitudinem & maiestatem diuinam: etenim per hanc communicationem singuli beatorum tanto splendore ac claritate radiabunt, ut ipso sole nostro materiali in medio suo cursu sepius clariori luce sint radiaturi. Praeterea erit omnia in omnibus, quia in omnibus & in singulis producet quidquid boni est, & in creaturis Deus vniat creatur: solis pulchritudinem, fulgorem stellarum, incorruptibilitatem caelorum, fontium refrigerationem, gratiam florum venustatem, omnium sapientiam & scientiam, fortitudinem omnium quos imaginatio potest comprehendere fortissimos. *Erut omnia in omnibus.* Itaque quisque beatus in se solus omnes complectetur perfectiones quas Deus in mundo creauit, & mille prerogatiuis eminentiores. Hoc igitur est regnare Deum in tege ac perfecte in anima, dare se totum & quid-

II. Sed cum quadam differetia.

IV. Beati omnes omnia in creaturaturum possident perfectiones.

quid habet regni sui possessoribus, & per hoc subditos suos, reges procreare: sic aucto D. Ioan. *Fecisti nos Deo nostro regnum & regnabimus super terram.* Nos regnum suum effecit & regnabimus: impropria hęc videtur phrasıs: etenim compertum est, quod qui regnat, Rex est, & hoc in regno: regnum autem quis vtiquam regnare vult? Per hoc excellentia declaratur, quia Deus in beatis regnat: etenim in gloria nihil ab illis sumit, quo se extollat, vt Reges terrę, quoniam illis munera d. s. tribuit, eaque tam pręclara vt Reges creet, vt regnent, & cum illud sit maximum bonum, quod ipsis conferre potest, munusque pręclarissimum, quo dari non potest insignius, ideo desiderat tantumque studet vt illo potiatur. Sed quid in hoc 6. Domine tibi lucrari? An forsitan bonis tuis cumulus accretis: diuitiis tuis augetur? potestatis tux fines extenduntur? Omnino non: sed cum per hoc non intendat aliquid accipere, vel lucrari sibi: ideo sollicitus se ostendere videtur Deus vt eum tanquam nostrum habeamus.

¶ 20 Bono natura e est seipsum communicare, bonum autem infinitum infinitam habet inclinationem se communicandi, & sicut non sinit nisi in communicatione, in qua se communicat: in finitę se totum omnibus totumque singulis distribuens, & hanc se communicationem in gloria pręstare beatis: ita nostro modo loquamur, impellitur Deus vt se nobis hac comuni ratione largiatur. Hoc concessio optime David toto pectore eum asseuerat beatum, in quo, velut populo suo Deus dominatur. *Beatus populus, cuius Dominus Deus eius: cum regnate in illo Deum, nihil sit aliud, quam illi maxima sua largiri: bona totumque sic illi se tradere, ac si alteri non traderet.* Hoc idem igitur quod in celo consideramus, vb. Deus regnat se tradens beatis eo modo quo declaramus, possumus & in SS. Sacramento, per cuius communicationem se trahit Deus communicanti: eo modo vt in ipso sit ac qui regnat in anima: hic est omnia in omnibus & singulis eum recipientibus: *Erit omnia in omnibus* ita canit eleganter ecclesia ex D. Thom. *Corpus Dominicum d. a. un. discipulis, sic totum omnibus quod totum singulis.* Quanam possidet bona Deus, quę hominibus in hoc diuino cibo non communicat? Quid Deus in celo beatis pręstare, in quibus integre & perfecte regnat, quod hominibus negat in hoc SS. Sacramento? Quas per omnes creaturas distribuit perfectiones, quas cunctis hominibus gratias, quas hic minime concedit digne communicantibus, imo

& excellentia digniori. Quam mihi dederit voluntatem quę mortaliū na placeat oculis, quia Deus animam non decorat respectu diuine sue presentie? Quam excogitare posses amicitiam: quę talis apud homines habetur, quę non gaudet anima iusti in sacra Communione? Quales aliquis possidet vtiquam diuitias & beluam comparandos illis quos condigna preparatione accedentes non participant? Quę forniculo dari potest, quę resistit illi, quę Deus animam in SS. Sacramento corroborat: Omnes licet turpi proficiant vites & in eam insurgant, nec aguntur timore, nec socordia languent. Quam sapientiam insidit Deus, quod donum nature concessit rationali seu intelligenti quod non possidet homo hoc celesti coniugio reuerentis: Cum in illo totus tradatur i. l. i. Deo, qui venustas est, suauitas, amoenitas, refrigeratio pulchritudo diuinitis, thesaurus, fortitudo, sapientia, maiestas & omnipotentia, vnicuique verbo, nullum Deum possidet bonum, quod illi non tribuit, cui se totum communicat, quemadmodum in hoc SS. Sacramento. *Fecisti nos Deo nostro regnum & regnabimus super terram.*

Constituit Deus vt regnum suum illam animam cui se totaliter communicat, & hic, ubi sibi nihil reuerat, quod homini non tribuit, pater quod illum creet regnum suum: etenim regere Deum in aliquo non alio fit sine, quam vt illa pręclariora sua concedat bona: lucem quippe insuadet intellectui, quatenus supernaturali lumine fidei clarus illum cognoscat: voluntatem ardentius inflamat, vt eum seruientius diligit: Reges per experientiam dulcedinis quę pura gaudet in conscientia: eum sit ipsa calorum iudicium quę recipitur, peccata remittit: quę loquidem est institutum fuerit in remissionem peccatorum: rupturas consolidat, eum enim sit Sacramentum charitatis, illas supplet quę in amore erga Deum esse possunt, nostram corroborat infirmitatem: eum enim sit ipsum Dei fulcimentum, quandoquidem seipso se sustentente, reparatę nobis potest repiditatis pusillanimitatem superuenientis fulcimenti viribus quod nobis hic elargitur: & eum sit future glorię pignus, nobis ius ad illam tribuit: regnat itaque in nobis sua communicat nobis dona gratias, misericordias, personam, meritum, corpus, sanguinem, animam & vitam: quatenus dum illum habemus in cibum nostrum, eundem qua Deus vita fruamur. *Et qui manducauit me, viuet propter me.*

Et nobis quę inde commodi: *Regnabimus super terram.* Vt Reges in terra dominabimur, & quę

Apoc. 5. 10
V.
Quomodo dicitur regnum regnate.

Ps. 143. 15

VI.
Idē perpende in SS. Sacramento.

quid hoc tantum quandoquidem singuli, dum nobis totus tribuitur Deus verus & vniuersalis terra Rex in SS. Sacramento, in corpore suo complexuri sumus Regem: & sicut tertium Regem regnant in terra sub omnia hac attrahentes: ita similiter, ne fallar, nos tales Deus pronuntiat, nobis largiendo omnes suas gratias, dona & perfectiones, quandoquidem si rem penitus attendamus: ex eo quod totus nobis tradatur Deus, sequi videatur, quod omnia nobis concesserit: cum nihil simus dicturi, quod nobis nolit esse vtili atri. Suis nobis Angelos mittit custodes, Apostolos praedicatores, Doctores magistros, martyres nos confirmantes, confessarios a peccatis nos absoluentes, Sacerdotes nobis sequestros, sanguinem suum quo laetamur, carnem qua nutrimur, Sacramenta quibus viuere solemus, passionem suam, cruciatum & mortem, vt eam offeramus in nostrorum scelere remissionem: *Omnia vestra sunt* inquit Apost. *sive mors sive vita, sive mundus sive praesentia, sive futura, sive Paulus, sive Apollo, sive Cephas, omnia vestra sunt.* Extulit nos in Reges, dediditque vt in terra regnemus, ex eo quod in nobis regnet se nobis communicans, vnde constat, quod nobis vt propria assignaret omnia, cunctaque nobis deseruient. Duo Reges totum inter se mundum partiti sunt, Christus Dominus noster, & Satanus: differunt passionis, & intentionibus ac operibus dissentunt. Dæmon Rex ferus ac barbarus, cui nomen mors & perditio: cuius haec firma sunt vota & iudicia, quibus se perdat, cuius opera ad destruendum tenent, furandum & occidendum: auferit agique vt gratiam amittamus, & ius quo laetabamur, ad caeli gaudia, vita nobis percat spiritualis, charitas euanescat, pignus ipsius stellis pretiosius, dona dilapidemus Spiritus S. quorum singula cunctis praeponderant creaturis.

Hoc euidenter nobis constat in prodigio illo: omnem etenim illi consumpsit substantiam, quam paternis secum extulerat latibus, quem illis iam exutus crudeliter nimis excepit, passusque est fame inuenire. Vah Regem adeo immitem! Porro Christus Dominus noster Rex est oppellitis conditionibus commendabilis, & operibus diuersis laudabilis: cuius intentio nostram spectat salutem, cuius studium nobis vitam procurat perpetuam: cuius nomen est saluator, redemptor, & iactura nostrae damni que reparator: cuius opera sunt beneficia, diuinæ gratiae collatio, & in eadem consecratio, vt eo magis nobis ius ad aeternam gloriam asseratur; auget

in nobis charitatem, diuinis nos cumulat donis, tribuit quicquid habet, imo seipsum in singulos effundit: quia hæc communicatio consistit, in eo quod ipse in nobis regnet: unde nobis tribuit vitam quam in se complectitur: *Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant.* Cum enim sit vita Dei concessa in SS. Sacramento, facit vt velut Dei viuamus: *Et qui manducat, me viuet propter me:* Dignitate ceteris creaturis eminentiori, eum velit omnia esse nobis propria.

§. 6. Quia SS. Sacramentum memoriale est Passionis Dominicae, totus Christus in illo omnibus & singulis datur: sicut Passio pro omnibus & singulis peracta fuit.

Multas ac preclaras adducit D. Tho. congruentias quibus probat SS. Sacramentum esse memoriale Dominicae Passionis, & eorum aliquibus probat quod consistat in eo quod homo per illud se Christo perfecte vniet, secundum quod perfectius particeps fit fructuum Passionis eius: *Eucharistia est Sacramentum Passionis Christi: pro vt homo perficitur in vnione ad 3. p. q. 73. Christum passum.* Vnde cum charitas vinculum sit, securitas nexuque perfectionis, & Sacramentum hoc Sacramentum sit charitatis, proculdubio maiori certitudine nos participes efficit Dominicae Passionis, cum per illud vniamur Christo multo perfectius quam per reliqua Sacramenta. Hoc concessio ex eo ipso quod videmus in Passione Domini, possumus cognoscere quantum in illo nobis Deus largiatur. Quinimo hæc principalior fuit ratio, ob quam Christus hoc SS. instituerit Sacramentum: vt nimirum memoriale legitimum relinqueret ineffabilis beneficii quod nobis per illam contulit, cum in illo plura consideremus ex eius Passione. Deinde Christus hoc idem precepit tempore institutionis illius: *Hæc quæsumque feceritis, in mei memoriam facietis.* Ex quo conclusit D. Paul. quod semper dum communicas memoriale, representatum ac demonstratum exhibeas mortis ac Passionis Domini: *Quotiescumque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis mortem Domini annuntiabitis.* Hæc omnia comprehendit D. Thom. his verbis: *O sacramentum consuetum in quo Christus sumitur, recollitur memoria Passionis eius.*

Non pauca eaque singularia continet Passio Christi mysteria, quorum primicerium hoc statuumus:

IX. Erros quoque negamus.

1. Cor. 3.

X. Deus & dæmon duo Reges sub contrarij.

tuimus : quod taliter illam ordinaverit ad omnium hominum salutem in communi, vt singulis in particulari profuerit, ac si pro illo solo Christus passus fuisset : effectus proprius hic est omnipotentia Dei, infinita sapientia, ac immense bonitatis : nec enim minorem singuli fructu ex illa hauserunt, ac omnes simul coniunctim.

Matt. 10. 41. Hoc Christus indicavit quando de morte sua locutus fuit : *Veni filius hominum dare animam suam redemptionem pro multis.* Locus hic non

culibet obuius est, sed illum exponit praesens argumentum : *Redemptio enim*, inquit, *pro multis.* Quid hoc Domine mihi? Numquid Passio tua ac mors omnibus erat profutura? Hoc nobis alle-

1. Cor. 15. ruit D. Paul. *Pro omnibus mortuus est Christus.*

Isai. 53. 6. Et Isai. longe ante dixerat: *Deus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum* : pro omnibus peccatis nullo excepto. Si hoc ita sit, quomodo dicit Christus *Pro multis?* Ad huius enodationem SS.

Doctores multas praeserunt quaestiones Theologicas. Vnde dicunt aliqui significare, quod licet mortuus esset pro omnibus, & omnibus esset eius Passio profutura quantum ad sufficientiam, multis tamen tantum quoad efficaciam. Explicant alij quod terminus hic *Multis* in S. eloquio comprehendat terminum *Omnis*; & ita dicitur e uoluerit mortuus est pro omnibus: omnes hae expositiones doctae sunt & securae.

1. Cor. 15. Porro singulare quoddam honore mysticum ex D. August. scilicet *Pro multis* significare pro varijs, ac diuersis, quodq; pro singulis eorum tota Christi passio peracta fuerit : quia singulis ipsa profuit, ac si pro omnibus Christus mortuus fuisset. Dux exercitus generalis iacet multos sibi subesse milites Domine magna tibi necessaria est patientia, magna prudentia qua cum tam multis conuerseris eosque dirigas. An ergo omnes non gubernat? Vtique: verum illo verbo significat, vt ad regendam tantam varietatem conditionum, cuique se contemperando ac si sola esset, qua cum opereretur conuersari, eamque gubernare, maxima requiritur sapientia ac prudentia, qua singulorum se conformet conditionibus.

Eodem igitur modo Christus eminentiam exponit diuinae sapientiae in eo quod taliter SS. suam disposuit Passionem, quod cum esset pro varijs distinctisque peccatoribus : hoc enim significat *Pro multis*, tota tamen ita singulis profuerit, ac si pro vno tantum mortuus fuisset. Deinde haec eadem formula D. Paul. opponens redemptionem & obedientiam Christi, culpae & inobedientiae Adams, sic ait : *Per inobedientiam*

Rom. 5. 19.

vnius hominis, peccatores constituti sunt multi. Non quod omnes non fuerimus peccatores quia *Omnis in Adam peccauimus* : sed vt declaret, quod ex primo peccato, seu prima transgressione tanta varietas ac multitudo criminum ac peccatorum, vt in eorum singulis tantum ediderit stragem, ac si vnus tantum in Adam peccasset. Ita similiter Christus pro multis passus est quia mortuus est pro omnibus, qui varij erant & differentes peccatores, quibus singulis fructus mortis eius accersit, ac si pro illo vnico mortem pertulisset. Ea de causa omnis alij S. Ecclesia Passionem Domini vocat beatam & enim inter missarum solemnitas legitur : *Sub hoc memores Domine nos seruis tuis tam beatae Passionis.* Vt in aeternis Missae Collectis : *Filius tuus beatae Passionis nos reparas.* Beata? Vnde illa precor beatitudo? quoniam protypum ponitur summis miseriae, quae vnum pollet opprimit tot calumniae appetitum, tot ignominiae licentiam, totque cruciatibus expositum, quales Christus tolerabat. Porro dixeris illam infamiam & maledictam quandoquidem per illam implebitur illud Ap. stol. *Christus factus est pro nobis maledictum*: quod ita probat: *Quia scriptum est: Maledictus omnis, qui pendet a ligno.* Crux autem non nisi sentina habebatur & a quo doctus infertur.

Verum tamen proprie nomen illi assignat beatitudinis, ab ipsa quippe pendet omnis gloria & beatitudo sanctorum vel de causa effectum, etenim pro singulis eorum tolerata, totaque oblata pro debitorum eorum solutione perfecte potuit illos ab omni genere liberare calamitatum, atque in statum introducere beatitudinis. Appellavit D. Gregor. peccatum Adams : *Fuit culpa*, tantum qua occasio fuit, vt talem haberemus Redemptorem, qualem nos habuisse gaudemus, nempe filium Dei, si solus in hoc occasione tantib; bonis, quamuis in se mala esset, nos tamen illi conuenit felicitas, quanto magis beati dicitur Passio Domini, quae occasio tantum non est, sed causa vera omnis beatitudinis & gloriae Sanctorum tota oblata pro singulis quasi pro vnico cuiusque beatitudine tantum fuisset offerenda? Hinc alia proinde ratio, cur dicatur beata scilicet quia participat & includit in se virtutem Dei, illamque operatur ad modum formaeque beatitudinis. Illam autem, scribente Ap. stol. Deus ita perficit, vt *in Omnia in omnibus*, nam licet omnibus deum in communi, hoc ita sit vt licet cum differentia secundum cuiusque merita, sit tamen pro multis, vt modo

illi felicissimo: nam quemadmodum in illo se totum Deus communicat, sic & in SS. Sacramento nihil sibi reservat, quod homini non largiatur. Et sicut in celo Deus est *Omnia in omnibus*: Ita hic effici possumus de Christo, ipsum esse omnia in omnibus, cum nullum sit bonum, à cuius consecutione possit homo in hoc caelesti excludi, communi: & sicut Christus ita passus est, ac si pro me unico passus fuisset, totumque sanguinem suum effudisset: ita similiter se tradit homini, corpus suum, animam & divinitatem, totumque sanguinem suum pretiosum, ac si singulis dedisset: si namque Christus Dominus voluisset tui solius gratia instituire SS. Sacramento, non tibi plura dedisset, quam modo tribuit, nec te fetuentius amasset, nec viciniores habuisset ut tibi sauceret, nec oculis suis proximiores quam modo sis: etenim se totum tibi portigaret, nihil habet quod tibi vltius configaret. Et eo modo quo Passione Christi in vitam Dei restitumur, nempe spirituale, quam per peccatum amisimus: ita quoque Christus nobis hic caelestem suam communicat, quæ cum vita sit Dei, etiam eandem in nobis complectimur: *Et qui manducat me vivet propter me.*

§. 7. Constringit se Deus in SS. Sacramento venire in pane arcto. & pluvia brevi secundum Isaiam, quo amissam per peccatum vitam Dei nobis restituet.

Pavidit vates Evangelicus lacrymas ac moerorem quem excitare poterat hominibus ruina ex peccato proveniens: cum illos gemma speliasset, qua in rebus spiritualibus possidere non poterant presiosorem, hanc autem esse dicimus gratæ vitam, est enim vita Dei per participationem quæ in hoc genere non inferioris est dignitatis quam in natura vita naturalis: bonum hæc est quod homines cæteris omnibus præponunt & cuius iacturam etiam à longè præcisam lacrymis deplorant irremediabilibus. ut autem lacrymas abstergetet quas hominibus causare posset privatio vitæ gratæ, incipit Propheta verbis demulcere eos consolatorijs, nova quædam proferens gratissima: *Pluram nequaquam plorabis, miserem miserabitur tui*: verba hæc magnitudinem extollunt consolationis & multam Dei erga nos testantur misericordiam, *Ad vocem clamoris tui statim et*

audieris, respondebit tibi. Hoc scito, in tibi videri, lætaberis Deum, ut quam primum petitionis tue vox insonuerit tibi sit responsurus, nec simpliciter, sed hoc quod postulas solamen præstaturus: hoc enim est respondere Dei et aliam expellimus: & qualiter fiet hæc consolatio? Et qua ratione leuimè hoc malorum quæ patimur siue vitæ gratæ concedetur? *Et dabit tibi Dominus panem arctum & aquam brevem, & non faciet auolare à te ultra desiderium tuum.*

Leuamentum & malorum nostrorum subidium in eo consistit quod Deus nos hoc concedit: datur panem arctum & aquam brevem seu modicam. An in hoc summa nostra futura felicitas? Vtique: quia hunc maxima bonorum sequitur præabundantia: *Et erunt oculi tui videntes præceptum domini & dabitur pluvia seminibus tuis abundantius segetibus manentibus super terram, & passis terræ erit ubertus, & pinguis.* Sermo hic est de SS. Sacramento: panis etenim est. Christo ipso testatur: *Ego sum panis vivens qui de celo descendi.* Quinimo ad litteram de illo locutus ait: *Hic est panis qui de celo descendit.* Dicitur ergo panis quia sustentat & nutrit: quia sicut se Christus tradit in illo per modum cibi sui proprium est vitam naturalem conferre: ita & huius proprium est Sacramento vitam gratæ spirituales conferre quam recepimus in Baptismo. Hac ratione D. Thom. D. 2. q. 7. probat convenientiam ob quam Christus hoc SS. instituit: *Sicut ad vitam spirituales oportet esse baptismum qui est spirituales generati, & confirmationem qua est spirituales augmentum, ita oportet esse Sacramentum Eucharistia quod est spirituales alimentum.* Rationes hæc producuntur ex illo quod in vita naturali corpore expectatur, in qua necesse est ut præcedat generatio, nutritio per quam homo vitam recipit corporalem, & augmentum eiusdem per quod periclitum & aliud alimentum per quod conferatur. Est igitur SS. Sacramentum quod vitam conferat spirituales, & propter hoc vocatur à Propheta panis.

Dicitur quoque aqua quia animam à foribus abluat peccatorum, cum tenuis peccatorum sit etiam eiusdem operatio. Et aqua brevis, & panis arctus, partim quia in illo Deus omnia sua comprehendit mirabilia. *Memoriam scilicet mirabilium suorum,* compendium quoddam compositum prodigiorum suorum: ut solemus dicere, brevis quoddam memoriale compositum SS. omnium eorumque virtutum ac signorum in brevis quædam ac summa, quam instituit, solemnitate. Partim quia se Deus hic quasi coarctavit quantum potuit. Hoc Osee indicavit: *Deficiam*

tem plane beatam! O bonum quo nullum eminentius, videre te oculis tuis presentem præceptorem tuum! Quis est iste præceptor? Christus Dei filius primogenitus æternitatis: *Ducem ac præceptorem genibus d. d. te.* Quinimo hanc Christum sui probavit in discipulis nuncupationem: *Vos vobis me magister & Domine, & bene dicitis: sum etenim.* Huc usque nemo magistrum hunc viderat: huius quippe desiderio tenebatur veteres illi Patres, *Abraham exultavit ut videret diem meum.* Nunc autem illum oculis nostris conspiciunt: qua propter hæc summa dotatione felicitate lacrymas nostras abstergamus. *Beati oculi qui vident qua vos videtis &c. Dico enim vobis quod multi Reges & Prophetae voluerunt videre qua vos videtis & non viderunt.*

Joan. 13.

Joan. 8. 5

Luc. 10. 23

27

Isai. 25. 9

IX.

Quæ sit pluvia brevis.

X.

Nos pluviam habemus copiosam.

Insuper Vates Isaías celestis huius memor conuiuij à Deo in monte Ecclesiæ suæ præparandi, postquam declaraturus nobis quod Deus in cibum daturus esset totam Diuinitatis suæ pinguedinem, dixerat conuiuium futurum pinguium & mellillatorum, subiungit, quod in ipso die huius conuiuij, nobis velut indice digito sit signaturus, quod in illo sit Deus noster: *Es dicit in illa die: ecce Dominus Deus noster iste.* Et Quis iste sub his latens accidentibus? Dominus Deus noster: an hic sistant bona nobis ab ipso præstata? Minime, respondet Propheta: hinc enim pluvia descendet fertilissima, nedum tibi sed toti tuæ generationi ac posteris, pluvia inquam bonorum gratiæ copiosissima. *Et dabitur pluuia semini tuo, ubicumque seminaueris in terra.* Bona gratiæ tibi velut impetus pluviarum obuenient. Olim emittebat illam Deus breuem admodum & limitatam; offerebant antiquitus tot sacrificia, tot holocausta, vitulorum, agnorum, vaccarum, columbarum, turturum aliorumque animalium, concubebant Ierosalem in templum: & nihilominus patcam supra modum hanc illis pluuiam effundebat. Nunc autem ecce quam copiose pluvia descendat gratiæ, in qualibet parte, qualibet via progressus fueris, maxima inuenies illâ abundantia. Si matrimonij Sacramentum tibi gratiam infundet, si Sacerdotio iniciari desideres, ecce ordinis Sacramentum gratiæ causâ, si eiusdem optes augmentum, ecce confirmationis Sacramentum, si perditâ per peccatum studeas resarcire, ecce poenitentia Sacramentum. Extrema similiter vincit gratiam confert, quando tibi iam ad vltimam tenenti lineam subuenit cum illâ Mater Ecclesia, quatenus reliquias tibi peccatorum aufert, quæ toto vitæ tuo decursu posses commisit

se, & commissa confessoria non sperasti in Sacramento poenitentia, vel per ignorantiam non nesciebas illa fuisse peccata mortalia, vel obliuione naturali, qua nunquam eorum facti recordaris: de quo alias: an non igitur copiose Dei gratia ministratur?

Vltimo tandem se Deus maxime profulum & liberalem ostendit in SS. Sacramento: *Et panis frugum terra erit vberissimus & pinguis.* Hic tribuitur gratia & tanti quidem messe facienda ut ipsamet eius detur origo, nempe Christus Dominus in alimentum vitæ spiritualis. Panis pinguis, quia in eo omne Dei bonum conceditur, & bonum hominis, Diuinitas & humanitas Christus: Et sicut illi Pater æternus esse suum Dominum est per communicans, vitam que Dei, ut viuat illam que ut propriam possideat: ita similiter ut nos eadem vita viuamus, nec non per illam recuperemus perditam gratiæ vitam, hæc omnia nobis in hoc SS. Sacramento communicantur: sic enim Christus nobis asseruit: *Sicut misit me vitam Pater & ego vivo propter Patrem, & qui mandauit me, vitam propter me.* Hoc dato habemus quo vitam solemus calamitatem, nostrasque terreamus lacrymas: quandoquidem hoc pane ætæ & aqua breui Deum possideamus ita contractam & coarctatam & se nobis tribuat in alimentum sub cibo panis, ut ita eius vita potiamur.

§. 8. Perfekte nos Deus commutat ea vita quam nobis confert in SS. Sacramento, non minus quam olim Ægyptum, illam ingrediens in nube leui.

Filius præcipuus instituti SS. Sacramenti ille fuit quem ipse Christus nobis declarat, scilicet. ut vitam nobis daret quam illi Pater tribuerat nempe vitam Dei, vitam gratiæ & nobis supernaturalem, illi vero naturalem. *Sicut me misit vitam Pater & ego vivo propter Patrem, & qui mandauit me, vitam propter me.* Nemo factum aliquid aggressus heroicum & insignia nisi finem aliquem sibi præfigat particularem per cuius intuitu se operi accingit. Axioma est Philosophis indubitatum quod dictio hæc. *Propter causam* indicet finalem quæ moueat, efficiat ut eius intuitu operetur: & cum hoc opus sitque Deus nullum edidit aut grauius aut indignius, in quo omnipotentia suæ dedit testimonium: *Fecit potentia in brachio suo: brachium Dei fuit Verbum diuinum: etenim: Omnia per ipsum facta sunt: & ita cum opus sit in quo extencum declarata*

rios: metus enim quo fugient Assyrios, attoni os illos reddet, suspensos & quasi impotentes ut suis se iuvent consilij: quam ubi omni destituti subsidio, ad ultimum Regni sui eorum eversionem. Hic sensus est historialis & huic loco communis.

VII. Et in yllie de Incarnatione.

Porto Iohannis noster Cardin. Hugo de Sancto Caro in sensu mystico hoc explicat de Incarnatione, in qua ascendit Deus super nubem leuem humanitatis, carnem assumens ab omni gravitate peccati liberam, & natus de illibata Virgine Maria descendit in Aegyptum id est in mundum: dicitur, ascendit super hanc nubem leuem carnis sue, quia in omnibus subiecta erat hanc regimini patris superioris, vel quia eadem caro & humanitas qua velut nube levi suam abscondit Divinitatem cum illo patet in caelum ascendit? *Qui ponit nubem ascensum suum.* Et quid fiet? *Et mouebuntur simulachra Aegypti:* dum etenim Christus ingressus est hunc mundum collapsa sunt omnia idola, & omnia demonum oracula obmutuerunt, ingressu eius finem accepit idololatria: inde etiam tres Reges magi instructi oraculo Balaam intellexerunt natum in mundo filium Dei qui magicam omnem artem esset eversurus: atque in huius signum accurrerunt in Bethleem natum puerum & Deum adoraturi.

VIII. In o & de SS. Sacramento.

Porto hanc allegoriam extendentes iuxta praedicta Sci. SS. Sacramentum esse quandam extensionem mysterij Incarnationis, aliter fas est etiam de eo locum huic intelligi. Ascendit igitur in illo Christus super nubem leuem accidentium panis & vini: nubes congrue dicuntur: hanc enim nubes opposita soli lucis eius impedit radios, ne ad oculos nostros perveniant, estque in illa totus sol velut absconditus: ita sub velo ac nube specterium Sacramentalium latet Christus velut occultus, & absconditum corpus eius, anima & Divinitas, quandoquidem oculis nostris nihil praeter accidentia pateat: inmet d. m. Ascendit ergo Christus in illis velut super nubem leuem: quia tanta est huius mysterij sublimitas, ut intellectum praeteruolet spiritus Angelici. *Ascendit super Cherubim & volavit.* Nullus erga creatus intellectus modum capit ineffabilem, quo Deus sub illis occultatur speciebus nisi hunc illi fides explicet. Similiter effari licet quod ascendat quia in rei veritate opus hoc amoris ita ascendit, atque potentiam suam in caelum exerit, ut Deus non possit ulterius, atque ascendendo in hac nube subleuet in hoc SS. Sacra-

137. 11.

mento quando illum recipit: *Descendit in Aegyptum* descendit, quia magis inferius descendere non potest humiliatio Dei, quam cum descendit in peccatum tale quale tuum est & meum: descendere enim ut habet figuram sedem in loco ab eo execrabili qualis hic est, summum est humilitas Dei fastidium: *Descendit in Aegyptum* quoniam etenim turpius confusiois Aegypti quam cotinum chymicis, inueniuntur, fraudibus & machinationibus plenissimum.

Et quid inde nobis commodi? Quod tunc II. summo usque deorsum commouatur: *Ascendit* hunc enim locum nobis Deus ut am commouet: hanc enim totam nostram commouet: si namque vita eius fuerat hominis terreni, affectibus carnis & sanguinis dediti: cum illum receperit, vita est hominis Divini Dionisque clari conditionibus, clarior qui bona tantum desiderat Dei, cuius & ducitur inspirationibus: & sicut vita praecipuum est in homine, ita dum hanc mutatur, totus mutatur homo, ut iam nulla sint in eo hominis reliqua, sed Dei cogitationes, Dei amor, Dei verba, & quidquid in illo est Deum redoleat. *Et mouebuntur simulachra Aegypti:* nam sicut Christo intrante in hunc mundum cuncta cotuerunt Idola: dum Christus sub his speciebus cor tuum ingreditur, omnia oportet ut cordis tui simulachra collabescant.

Huic alter respondet eiusdem Prophetae Is. I. eius ubi similiter locutus de SS. Sacramento sub simbolo panis illius arcti & aquae breuis (ut supra meminimus) sic ait. *Et contemnabitis Iemina Ispis sculptilium argenti tui, & vestimentum cyathis auris tui.* Quisne Idolum in corde suo fouet & adorat: quid enim aliud esse iudicis aurium Cetero hominis auari & cupidi diuinarum, nisi sculptilium, quod erigit, in eis reueretur, & adorat tanta supplex humilitate, ac si Deus suus esset: quantum quidem miser ille suum. in eo faciat suam vitam. *Leno carnis* vel scriptibus immeritum, quod simulachrum alterius fuit in corde suo erexit, sic ut immemor Dei eiusque legis transgressor, eius gratia labatur in Idolatriam: Quomodo si res in se discitur, dicit quoniam illi confirmauerit quod eam adoret, quo amorem suum quo illi affectus, testaretur. Honoris dignitatem inuenit ut Deum suum, simulachrum est quod in corde suo veneratur: quandoquidem ad illam aspirans nec sibi parcat, & quidquid cogitat, agit & loquitur eo dirigatur qualiter ad eam sit ascendurus, licet a tergo rejiciat quidquid illi Deus Diuinus suus & humanus praecipit.

pit legibus. Quid plura? Quisque manum suam in sinum contrahat, & in tallar hoc inueniet, quod cum cor eius debet templum Dei vinum, factum sit habitaculum & spelunca demoniorum.

XL. Cuncta hæc idola necesse est vt infringantur & euertantur, dum Deus hac nube leuatus cor ingreditur: nam dum illi ingressum in se perauit: illum recipiens sub illa nube contactum totus homo immutabitur, atque de terra tenebrosa peccatorum in ciuitatem mutabitur solis, splendoribus Diuinis & supernaturalibus virtutum illustrissimam: *Ciuitas solis vocabitur*: & quemadmodum in ciuitate cui sol præfidel, quicquid in illa est, totum rutilat lucidum clarum & venustum: ita similiter anima ad cuius pectus dicitur Christus sacramentatus quicquid habuerit, claritate splendebit mirifica: quia in illa splendor clarificet augmentum gratiæ, qua dirabitur secum habens eius originem: pulchritudine splendore radijque gratia erit: donamque Spiritus S. quibus adornabitur efficiens vt quicquid in illa est, vt tale respiciat: ita vt procul reiectis canis ac sanguinis idolis, & terrenorum abdicatis affectibus tota in Deum sit transformada intellectus Diuina luce collustrabitur ad clarioris de Deo eiusque mysterijs cognitionem, voluntas in eius amore marlescet feruentius, memoria studijs occupabitur diligentius pro beneficijs receptis, dum illi Deus vitæ suam concedit: vitæ per illam viuens, appareat non modo terrenus, humanus & carnalis, sed celestis, sed Diuinus, sed spiritalis.

§. 9. *Vt nos Deus reducat ad vitam quam in illo vinebamus antequam nos creasset, se nobis præbet in cibum in SS. Sacramento, suam nobis communicans.*

Modernus quidem auctor satis acute interpretatur verba illa D. Petri quibus Christi professus est Diuinitatem cum qua Pater æterni sibi vitam communicauerat per actum æternæ generationis, quo per hoc declarat ipsum esse vere filium Dei, cui proprium est procedere à principio viuenti, vnto illique conuncto se eundem vitam quam illi communicat, per quam constituitur viuens vt ipse Pater à quo generatur. *Tu es Christus filius Dei viui*: dicens filium Dei vni significare voluit, ex mente huius auctoris, quod vitam haberet à Patre suo viuente

te: filius Dei viui id est habens vitam à Patre viuente: atque in confirmationem huius expositionis quam tenet literalem adducit hunc locum D. Ioan. *Sicut Pater habet vitam à seipso, sic dedit & filio habere vitam à Patre*. Itaque ipsa vita Patris sui ea est quam habet Christus Dominus noster, in quantum est filius eius verus & naturalis.

Porro infinita Dei misericordia quæ nostram attendit miseriam, vt videt nos vitam destitutos quam in Deo habueramus antequam nos crearet nobis (nam cum creasset nos in statu iustitiæ originali, parentes nostros, secundum certiorum opinionem, nullo posito impedimento vitæ quam tribuit illis infuderat habitu & respiratione: *Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terra, & inspirauit in faciem eius spiritum vitam*: liquido constat quæ illam in eis conseruauerit) eo quod peccatum nos vitam priuauerat: continuo de remedio cogitauit & determinauit vt illam recuperarem, nec per alium inferiorem quam ipsum Deum, qui fuit Verbum Dei, filius eius uirgenitus, qui vitam habens à Patre suo vt propria, dec reuit Pater vt in mundum ueniret factus homo, vt nos ex illa participarem in remedium uenit & repationem vitæ nostræ perditæ: eo fine Christus descendit in mundum: *Ego ueni ut vitam habeant, & abundantius habent*. Factus est homo & in illa ineffabili unione hominis cum Deo, communicauit Christus illi homini vitam quam à Patre suo acceperat: atque per hoc medio reuerfa est vita Dei ad naturam humanam cui Deus uniebatur.

Verumtamen cum cæteris hæc non tribueretur: quia hæc unio hypostatica singulis hominibus non fuit concessa: decreuit medium aliud præstantissimum quo omnes hanc eandem assequerentur vitam per unione cum singulis, idque contigit dum Christus sub speciebus cibi maneret in SS. Sacramento: vt ita dum singulum eo modo incorporant, quo cibus comediti incorporatur, per hanc incorporationem, eandem Dei vitam accipiant, quam natura illa humana Christi habebat ex unione hypostatica: *Vitam habent*. Hoc medio necessitati subuenit quam patiebamur & vitæ prospexit quæ nobis deerat: fuit itaque Christus Dominus medius, quo restituti sumus vitæ quæ per peccatum amiseramus: cum enim ita esset quod procedere de Deo, quod quidē illam habebamus ex eius intimitate qua hactenus & respiratione prodijt qua Deus illa prima nostris parentibus infudit: alius præter Deum

III. Hanc vitam perditam, ut nos ex illa participarem in remedium uenit & repationem vitæ nostræ perditæ: eo fine Christus descendit in mundum: *Ego ueni ut vitam habeant, & abundantius habent*. Factus est homo & in illa ineffabili unione hominis cum Deo, communicauit Christus illi homini vitam quam à Patre suo acceperat: atque per hoc medio reuerfa est vita Dei ad naturam humanam cui Deus uniebatur.

IV. Non singulari nature Christi sed nobis singulis.



hanc eandem non poterat largiri vitam : atque in eum finem Christus venit. Divinis his adinventiombus, quatenus velut eo medio illam a Patre suo haberemus.

§ V. Similitudine hoc beneficium explicatur.

Gravi subiacet calamitati respublica, & extrema laborat necessitate, dum frumentum non habet conveniens ac necessarium vitæ humanæ conferenda: unde cogitur aliunde sibi illud acquirere, semperque sollicita viam ne debita illi prouiso deficiat. Quod si subsidium ac vitæ vicualia mari debeant aduehi, calamitas illi duplicat & increfcit sollicitudo: quia licet iam sufficiens habeat, & de pretio cõuenierit, imo soluerit, grauioribus subiacet fortunæ calibus: etenim licet mari illam iam commiserit vt ad terram propriam deuehatur, eminentiori exponitur periculo petendæ, vacillatque manibus redeundi. Tam fluctus marisque tempestates eminantur interitum: iam vix decumant nauim impetu oppugnant vehemenitissimo, inuertunt, lacerant, cunctaque in abyssum demergunt vt nihil illi superstit, & si quando hoc exeat periculum, in aliud incidit non minus timendum, nempe quo formidat ne pyrata mare percurrens prædæ cupidus, illi aggrediatur manique fortis sibi conquirat, cuncta depredetur, nauim abducit percatque fame respublica, non toleranda certe hæc est ei calamitas, qui his lubia et miser infortunij. Attamen quantum illi prestaret beneficium, quantaque foret eius erga illum misericordia, qui hoc illi frumentum tutum asfereret & ab omnibus exemptum periculis in patrie illius portum adduceret. Nemo verbis hoc illi præstitum posset explicare beneficium.

¶ VI. Applicatur.

Homo in creatione sua vitam habuit Dei, illam perdidit per peccatū, nec per se ipsam recuperare poterat: quia in tota natura creata nulla huic restaurantæ sufficientia erat: mentis: grauiissima profecto necessitate langueret genus humanum & iam dum ex Dei misericordia via illi aperitur, qua posset illam obrinere, nempe dante illi filium suum vnigenitum hominem factum, in aliud incidit non minus periculum: nimirum quod pyrata diabolus omnimode commaturus esset ne descenderet ad nos, quod satis manifeste patet in ijs omnibus medijs quibus vsus est ne Christus finem hunc ita nobis commodum assequeretur, & cum vitam humanam nobis tutam reddat alimentum cibi vt vita hæc nobis confirmaretur qua maxime indigebamus, statuit vt Christus illam assecuraret sub specie

cibi; & ita voluit vt veniret in mundum velut per canales deducta ab æterno Patre in medium Ecclesiæ Catholicæ, eo modo vt nemini posset deficere, quam nec tempestates, nec turbantes pelagi huius mundi possent demergere, idcirco remansit Christus in SS. Sacramento vt eandem vitam quam a Patre æterno accepit per actum eius æternæ generationis, singuli consequerentur homines per refectionem S. Communionis.

Olim Holofernes euerfurus urbem Bethulæ, dum eius studeat circumvallationi, modoque inquit intentioni suæ maxime conuersus, adierit illis aquam haurientes ex vicinis vrbis fontibus, quam si illis adimeret, omnem illi spem salutis abiret: hoc igitur egit, inerti iussu aquæ ductum illosum, quo cives in tantis compulsi angustias vt iam se inter mortuos annuerent, & nisi fossas prodigisset, mulier illa virago & sanctissima Iudith, præxi illa sane casti illos defensura, caput Holoferni amputator, nemo dubitat quin de eorum salute vitæ actum fuisse illa itaque vitam civium conseruauit, illa maximum oppidanis prestet beneficium, ab illo capiens manifestissimo periculo, ruinam clarè inque vrbis integram illi restituens, & quasi in eam illis inspirans vitam, cuius iam omnes spem abiecerant.

Infudit Deus hominibus vitam suam per canales Adam & Eua: nam inspirans primo parenti nostro in formatione illius luti ex quo illum produxit, propriam illi vitam communicat: hoc enim significatur dum dicitur inspirale in faciem eius: respiratio namque ex istis procedit visceribus, & redoleat illud quod in stomacho latet, ita vt ex illa prodeat: quasi exhalando id quod in stomacho habes: & cum quodam in Deo est vita sit, haquet quod educenda respiratio id quod in illo est, vitam esse oportet. Et ita vitam Dei accepimus per creationem primi Parentis, inde nobis quasi per canales dimanant. Studeuit diabolus vt pyrata feroctissimus illam nobis depredari, vires exeruit, egitque vt tubos illos effringeret, quibus nobis velut ab ipso Deo deducta profluerebat, euerit illos, & de cardinibus suis per peccatum euulsit: unde nobis omnibus vitam abstulit. Per canales illos Deus nobis infundebat aquam iustitiae originalis, resignationis & subiectionem patris inferioris rationi, & alia Divina atque supernaturalia dona illi statim perfectissime propria: Vnde hæc dissoluta sunt, nos quoque donis illis

bonitque spoliatum sumus, & nominatum viã illã, quam Deus nobis per illos communicasset, si in rectitudine sua illi permansissent, & ita quasi impossibile fuit illis ea nobis restituere: quandoquidem velut mortui iacebamus in ordine ad vitam gratiæ & iustitiã originalem, Quod igitur tanto maiõ remedium? ut tubus quidam statueretur, quo nobis hæc vita communicetor eo modo, vt quantumlibet conetur diabolus eamque studeat deprædari, impedire non possit quo minus ad nos defluat, illam que possideamus, nec vires illi sint quo tubum hunc aut effringat aut evertat.

Hic est Christus Dominus noster: sic enim ait: *Ego v. ni vi vitam habeant & abundantius habeant.* Recipiat canalis hic totam vitam à Patre, nec aliquid ex illa ei desit, eamque communicet nature in qua se hominibus manifestat, vt homo, atque opera talis exerceat, vt ita illam integram habens in se possit communicando hæc ipsam naturam in cibo & victu, eandem vitam communicare ipsam recipienti. Hoc agit Christus in SS. Sacramento: est enim propria eius caro sanguisque pretiosus sub his latens speciebus: *Caro mea vere est cibus & sanguis meus vere est potus.* Et eum caro sit & sanguis habens Dei vitam, incorporatus recipienti, iudubie hanc illi vitam communicabit, quod his verbis declarat: *Sicut misit me vivens Pater, & ego vivo propter Patrem, & qui manducant me vivit propter me.*

IX. Claustra nobis vitæ trahunt quã à Patre accipit.

X.

34 D. August. pro more suo eleganter prosequitur hoc argumentum: *Humana caro* (inquit) *quã Christus erat peccato obnoxia, & ideo mortua, carni eius* *manducata* (loquitur de carne Christi) *& incorporata* (numquam cum illa esset) *vini de spiritu eius, sicut vini corpus de spiritu suo.* Attendere quid anima in corpore operetur: etenim vitam illi tribuit quando illi vivitur: hoc idem ergo operatur mundissima ac purissima caro Christi in animam licet nostra ex infirmitate peccati mortua sit quoad vitam Dei: nihilominus dum nostræ carni vivit illique incorporatur, vivumque fit cum illa, ex eo quod illam comedens illi vivatur & incorporatetur velut cibus comedenti, eadem vita vivit quam illa possidet, atque per eam vitam recuperat bonam & æternam, quam per peccatum perdidit. Idem confirmat D. Cyril. Alexand. exponens quod si cum Christo vivamur velut palmes vitæ, certissime vitæ eius sumus participaturi, sicut & palmes vitæ excipit vitis cui copulatur: *Quis enim dis-*

bitavit (inquit ille) *Christum etiam sic vitam esse, nos vero palmes, qui vitam inde nobis acquiritur?* Cumque ita sit hanc vitam cum Christo fieri in SS. Sacramento, manifestum est vitæ dicendum in ipso vitam eius acquiritur, quæ cum tur, nos fit vita Dei, vitæ est æterna, vitæ bona, nec talis vero pal- qualis erit hæc communis catio sed abundantius: *ma: Et vi abundantius habeant.* Abundans vita in bonitate & æternitate ea est quam hic nobis communicat in subditum extremis nostras calamitatibus opportunum: quia vita nostra in duobus erat valde deficiens: vitæ brevis: *Brevi vivemus tempore* & omni privata bonitate, & omni repleta iniquitate: *Repletur malis miseris*, ait patientiæ speculum Iob, de vita hominis. Veni igitur ego, inquit Christus vt hominis vitam obtineam in seipsis bonam & æternam, nec necesse sit eam ab alijs emendicare: ad hoc recipit in se ipso vitam à Patre, hæc autem æterna est & bona, eo modo quo illam Pater in se possidet: & ita receptam in se nobis illam communicat: vt illam ab ipso recipiamus, eo modo quo illam ipse à Patre acquisit: *Qui manducat me vivit propter me.*

Hunc effectum esse dicimus SS. Sacramenti, quo transimus ad vitam Dei in quo melius quã in nobis ipsis vivamus. Eramus in Deo antequam nos crearet, iuxta modum illum omnino sublimem eminentiæ eius ita Theologi: vnde in ipso excellentiam habebamus Iesum: illius vitæ: *Quod factum est in ipso, vita erat.* creavit nos statumque in propria essentia, sed semper cum aliqua illius vitæ communicatione: iacturam eius nobis peccatum intulit: nunc autem Christus in hoc Divino conuiuio postulat, vt iam creati ac redempti, pretioso eius sanguine ad eandem Dei vitam reuertamur, quam ante creationem in ipso possidebamus: *Et qui manducat me vivit propter me:* eum enim esca sit, Dei vitam in se complectens, evidens est quod illam comedenti vita communicetur: cum proprium sit esca, pascenti proprios humores & qualitates communicare: eumque cibus sit quo Deus continetur, vitam nobis tribuit Dei, atque vt vita vivamus cælesti, quali in cælo beati perfruiuntur.

XI. Vita vivere Dei, effectus est SS. Sacramenti.

§. 10. 88. Sacramentum Lac est rationale & sine dolo, quod D. Petrus hortatur nos desiderare, ut vita viuamus rationali qua Deus vivit.

63 35

AD inestimabilem dignitate iuxta D. Th. testimonium extollunt hominem beneficia quibus Deus illum effecit Christianum suumque per gratiam filium: *Immensa Divina largitatis beneficia exhibita populo Christiano, inestimabilem ei conferunt dignitatem* quia eo ipso, quo creat illum filium suum certo quodam modo tenetur illi Deus almeiurum concedere dignitatis conforme ad quam illum promovit: omnium autem suprema ad quam homo poterat aspirare ea erat ut esset Filius Dei. Ut enim filij stemma sequuntur & inclutam Patris progeniem, Deus autem nobilitate cunctos supercedat, liquet quod illius ad supremum nobilitatis gradum extulerit. Summum ac maximum vocavit hoc donum D. Petrus Apost. utque declararet ceteris hoc solum prevalere. Dei donis, dixit in plurali maxima & pretiosa ea esse quae per Christum nobis collata gloriamur: *Per quem maxima & pretiosa promissa donavit.* Si quaeras, in quo huius doni magnitudo consistat, respondeat: *Divina sumus consortes natura.* An ergo consortes nos facere Divinae suae naturae pretiosius donum est, quam nos creare filios suos secundum quod filius Patris parturipat naturam? Si igitur unum est tantum donum, qua ratione in plurali dicit maxima & pretiosa? Ratio est, quia iam excellens est hoc donum ut dum a Deo homini conceditur, compendium illi tradatur donorum omnium dari possibilem: & ita declarat hoc in plurali, quo capiamus hoc summum esse dignitatis culmen, ad quod cum, creans filium suum per gratiam, poterat promovere. Si iam excellens igitur & alta sit ea dignitas, ad quam nos extulit, titulo potitur homo iustitiae, quo a Deo postulet alimentum, aequalis perfectionis & dignitatis cum statu illo ad quem iam est promotus: cumque sit iam participative & per gratiam Deus, non inferius esse debet alimentum, & ita habere debet in se vitam Dei: ut eo modo se conferret in illa vita quam illi tribuit, vita nempe Dei, dum illum in filium suum assumit. Rationem hanc alias prosecuti sumus dum ageimus de consociatione

tate mensa cum dignitate ad quam iam illius ascendit.

Nemo negat quin Pater filio vitam suam communicet, & eam quam habet filius, a Patre participaverit. Si Deus igitur nos assumat ut filios suos, sequi nostrum declarat Patrem, clarissimum est quod nos vita sua participes efficiat: & ita vitam Dei nobis tribuat. Si igitur vitam Dei per alio quam ipso Deo conferent, vitam nostram sustentemus, oportet ut etiam alimentum tribuat quod in se vitam eiusdem Dei complectatur. Haec nobis tribuitur in SS. Sacramento, in quo Christus nobis vitam largitur quam a Patre accepit: *Et qui manducavit me vivet propter me.* Concinne dicit hoc D. Petrus in epistola sua prima Canonica, ubi secundum expositionem D. Tho. & annotationem D. Tho. dicitur non videntes credimus, credentes autem exultamus letitia inenarrabili. In possibile est homini mentali in hac vita videre Deum: *Namque videtur homo & videt.* Quocirca dicit Apost. quod Christum in propria specie non intueret, sed sacramentatum, quem oculis fidei sub illis cognoscimus accidentibus, sub illa credimus laeta Deum qui communicantibus vitam suam infundat & cum tali suam vitam, gaudium non caput ineffabile & voluptas demittet interprecabilis: idcirco addit quod is illum credere, nolque est credere Christi verbis fidei adhibere verissime nobis affirmantis sub speciebus cibi atque potus, carnem suam & sanguinem se nobis praebere cum tota sua Divinitate & omnipotentia: *Caro mensura est cibi & sanguis mensura est potus: causa sit nobis ineffabilis gaudij etenim exponi non potest quanta suavitate ac gustu nos Divinum hoc rectet communit, hoc fide sumptum in cuius solemnitate Ecclesia signa dat letitiae manifestiora, quibus delectat illam, quam in illis adfert consideratis qua pendit festis illis honorem celsum spolio suo Christo Domino prius perditum.*

Quando reus falsis testibus condemnatus ignominiose & probrois acclamationibus ad locum deducitur supplicij; honor eius non levi ter laeditur, usque dum rei veritas innotescat: porro cum primum mendacium patet hostibus illius, fama illi restituitur gloriose ac honorificis omnium acclamationibus, & per ipsas plebes summo deducitur honore, per quas merito dedecore profectus prius trahatur; hic auctoritas qua nulla maior, amicorum eius gloria

I. Maximū Dei donū est, ut simus filij Dei.

ad Pet. 1. 4.

II. His competit aequale nutrimentum.

dum (ponit & latria filiorum, cum euidenter iam constet de iniustitia praeteritae ignominiae & iustitia honoris iam restituti. Quando seniori illi malevoli iniuste in crimen adulterij vocarunt Susannam, quorum iniqua accusatione commissa iam mortis reatrahatur, quam gratiter parentes eius iniqua haec affixit sententia, quae in summam eius cessit ignominiam. Veruntamen quando Deus illorum iniquum detexit scelus, famamque illi restitit iniuste ablatam, quis explicet quanto fuerint parentes eius gaudio delibuti, quantoque honoris eius triumphum solemnitate celebrant.

Inique supramodum contra Christum egerunt Iudaei falsi aduersus testes: *Insupererunt in me testes iniqui, ita soam hanc mouerunt accusationem: Cum multis falsi testes accessissent.*

Perversa haec armati infortatione non toleranda infamant eum ignominia, mortis profertur sententia, tollerent supplicium ut vir malefactor & omnium nequissimus: *Cum iniqui reputatus est.* Tanto sententiam dedere core exequi sunt, tamque molestis eum vexarunt iniurijs, ut omnino illum deformarint & vix quis eum agnosceret: ita fatum Iudas: *Unde nec reputauimus eum.* Quae

intimos eius obrueat poterat tristitia, dum tam infami eum profundi cernunt ignominia: porro transijt tunc hic, & dissipata tempellate, eius iustitiae atque innocentiae effulsit serenitas: si namque propter eam patiebatur, nullius tamen culpa reus, sed meat tuasque soluebat: auctor ferocis adeo persecutionis, malitia taxatur & passio Iudaeorum: vnde nunc illi haec fama refertur atque in hac solemnitate honori pristino restituitur, quem saeuiente illa tempestate illi ademerant: & sicut ut tunc infamatus nunc per publicas mundi vias Diuinitus fertur acclamationis us praecone proclamante, quod si mortuus fuerat, causa non sit quia viuos occidit sed et occisos viuificaret novisque Dei vitam repararet peccatis nostris interemptam, nec similiter ignominijs affectus criminum reus quoniam uoluita delectatus: quam ergo in suis filijs suis fidelibus inquam adferre debet laetitiam dum Christum tanta vident gloria sublimatum & duplici fauore honori restitutum? Ita testatur D. Petrus: *Et exultantes oculis habitis laetitia inenarrabili.*

Fideles Christi filij credentes sub illis accidentibus totum conseruet Christum, eius animam, corpus, sanguinem, & Diuinitatem, oculis fidei eum inuenient in SS. Sacramento tanta

VII. Hanc Christus in SS. Sacramento restituit.

solemnitate celebratum, quodque in ipsa, fama illi reparatur integerrima, quam perfida Iudaeorum illi sustulerat iniquitas, repleti gaudio & laetitia delibuti in explicabili in medium profiliunt eius festa celebrantur ea fide instructi qua credunt, quod cum verus sit Deus & communicet sub illis accidentibus panis recipienti illum, vitam quam à Patre accepit, hic Dei vitam amissam recuperet, & conditiones attrahens cibi eiusque ex certis diuinitatem, in cogitationibus suis, verbis & operibus, Diuinitus magis appareat quam humanus cum videat à Deo sibi dari cibum qui eandem eius continet, vt conseruet eam qua gaudet, filij Dei.

Hac omnia laetius prosequitur idem Apost. *Quasi modo geniti infantes rationabiles sine dolo lac concupiscite, si tamen gustastis, quoniam suauis est Dominus.* Vnde idem profectus quod antecedente capitulo tractauerat de SS. Sacramento vt constat ex eodem textu, illud appellat lac rationabile, & sine dolo, nec non ad maiorem confirmationem quod de illo loquitur, addit illa verba de psalterio vbi Propheta Regius de illo canit ad literam, vt credimus D. Dionys. & D. Cyril. Alexand. alijsque multis sanctis *Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus,* quibus verbis interprete D. Aug. loquitur literatim de SS. Sacramento: *quoniam psalmi Eccles. titulus eidem suffragatur: Esalmus David quando Hierar. c. 5 immutauit vultum suum coram Abimelech.* Hic Deus vultum suum immutauit & transfigurauit illum panis ac vini occultans accidentibus. Ait igitur D. Petrus: *Renati estis nona generatione in filios Dei: Operiet vos noster denuo,* ait Christus, per Baptismum, est etenim porta nos introducens velut filios Dei per gratiam in Regnum Ecclesiae: & iam vt tales in illa nati, velut infantes modo geniti, vt in hac vita vobis communicata viuatis, lactis indigetis alimento: Puer etenim vt viuat & crescat lac postulat, & quale lac illud de quo Apostol. *Sine dolo.* SS. Sacramentum.

Hunc titulum adscripsit illi D. August. *Lac Tract. 3. nostrum Christus humilis est: & nulli humilior ad 1. Ep. & contractior Christus apparuit quam sub acc. Iann. c. 10. c. 11.* D. Cyril. Alexand. multas illi accomodat lactis proprietates quibus declarat ipsum lac esse quod fides nutrit & vitam dat Dei: & expouit Apostolus *lib. 1. Pa. stol. lac esse simplex sine dolo, sed in quo vera sit suauitas Dei que dulcedo, eius vera substantia & vera vita, cum vita sit Dei, & haec eadem quae realiter*

X

37. 1. Pet. 2. 2.

VIII. Locus hic explicatur de SS. Sacramento.

Ps. 32. 9. Lib. de Hon. de Cena de ablutio.

1. Pet. 2. 2.

1. Pet. 2. 2.

1. Pet. 2. 2.

1. Pet. 2. 2.

1. Pet. 2. 2.

1. Pet. 2. 2.

1. Pet. 2. 2.

1. Pet. 2. 2.

1. Pet. 2. 2.

1. Pet. 2. 2.

1. Pet. 2. 2.

1. Pet. 2. 2.

1. Pet. 2. 2.

1. Pet. 2. 2.

1. Pet. 2. 2.

1. Pet. 2. 2.

1. Pet. 2. 2.

1. Pet. 2. 2.

1. Pet. 2. 2.

1. Pet. 2. 2.

1. Pet. 2. 2.

1. Pet. 2. 2.

realiter verèque illi tribuitur semota omni fraude & dolo illud recipienti: *Lac sine dolo*. Quorumdam est opinio D. Petrum miris hic meminisse primitivè Ecclesiæ, dum recenter Baptizatis tribuebatur SS. Sacramentum, quinimo in Ecclesia orientali testis D. Dionysio Areop. & D. Hieron. qui hoc sumpsit ex Tertulliano, consuetudo viguit ut pueris noviter Baptizatis vinum consecratum & lac porrigeretur.

Infans alimentum requirit naturæ matris suæ, quæ cibum illi præbet, quem tamen in propria specie dare nequit: quia vescitur illa pane, carne & cæteris alimentis, quæ conveniens esse non possunt cibis infantulo. Quid remedij? Cibum illa comedat, decoquat & digerat eique eius in lacte substantiam tribuat & hoc modo vitam sustentet infantulo. Per Baptismum efficiuntur *Quasi modo geniti infantes* in fide. Filij sumus Dei, & ipse suis nos nutrit vberibus: *Ego quasi nutritus Ephraim*: in sensu litterali populum intelligit Christianum, quia Ephraim dicitur augmentum: & ita ad conservationem nostram alimentum requiritur naturæ Dei quod eandem habeat vitam, sitque ipse Deus, qui nobis tradat in epulum. Cæterum cum Deus in propria natura alimentum sit forte & pingue, stomacho nostro debili non respondens, viget ratio ut primo disponatur, & in ipso calore naturalis Divini amoris quasi decoquatur: ad hoc igitur Christus manet sub illis speciebus, & in SS. Sacramento amoris eius decrevit (quia in eius institutione de Deo triumphavit) ut fieret cibus proportionatus, nobisque traditus sub speciebus panis & vini atque in illo quasi præparavit epulum substantiæ Dei ignis Divini amoris: ut licet cum substantia esset Dei, esse deberet forte ac pingue eius alimentum, quale stomachus noster artus & limitatus ferre non poterat. tamen sumere possemus ut alimentum facile, prout puerulo per facile est alimentum sumere ciborum nutritis illum nutritis iam convertit in lac liquidum & candidum, virtute caloris naturalis quo illos in cibum convertit sumendum puero facillimum. Lac itaque à puero receptum, substantia est cibi, quem nutrit comedit, aptata stomacho pusionis caloris naturalis, quem ille in ipsam convertit, ut eo modo puer vitam abimento cibi quo vescitur, conservet.

Lib. cit. e. vi. de pie defunctis. Lib. de corona doli. in c. 5. Ipsi.

X. Alimentum esse debet naturæ conforme. Ose. II. 3.

XI. Ex quo probatur SS. Sacramentum.

XII. Sed cum forte sit, digeritur & aptatur nobis.

Non potest Deus in propria substantia limitatum nostrum artumque ingredi stomachum, cumque daturus se esset ut anima propria illi vita gauderet, atque in illa conservaretur, opus

fuit ut nobis se traderet sub specie cibi, nobis admodum patilis, eo modo ut hac ipsa substantia vesceremur sub alimento nobis recepto facillimo: eo sine ignis divini amoris hanc Dei substantiam quasi digessit, & velut lac sumptu facile in SS. præbuit Sacramento; in quo velut nutritus Deus nos suis vberibus: *Ego quasi nutritus Ephraim*, exhibetque formam Divinitatem omnipotentiam, maiestatem, magnitudinem tantumque Christi humanitatem sub speciebus panis & vini, lac quod facile homines deglutiant: *Lac sine dolo*. Itaque calor Divini amoris qui de Deo triumphum egit in hoc SS. Sacramento, hoc ita præparavit, ut eadem hæc conforme fieret alimentum vitæ hominis spiritualis. Olim Eliaz puerulum iam defunctum reoccurtus ad vitam calore sui corporis usus est naturaliter non se defuncto vivens hunc illi communicavit, & quamprimum illum suscepit, ad vitam redemit perditam, quo datur intelligi quod Deus vitam animæ spirituales peccato amissam communicaturus ut illam tunc disponentes videret esse calore Divini amoris, qui flagrat in corpore vivo Christi Domini in SS. Sacramento: nam illum sibi contingens in SS. Communionem vitam allequetur Dei in ipso manentem. Hoc est *Lac sine dolo*.

Alij legunt: *Rationabile vel spirituale*, ut est iuxta D. Thom. naturæ nostre proportionatum, in illis aptum in cibum panis & vini potum. D. Chrys. Basilius & D. Theophrastus interpretantur *Ratione vivit*. Ad differentiam sacrificiorum antiquæ legis ex parte animalium irrationalibus, & in quo Divinum spiritus hoc sacrificium cæteris eminet, quod nimirum in eo oblatum sit quid *Ratione vivit*. Auctor vero dicitur quidam modestus & doctus censet allusionem lacem hic fieri ad primum cibum quem homo sumit, ubi ipse, sicut enim irrationalis, mendax & dolo-natus, quo homo in iumentum degeneravit. *Comparatus est iumentis insipientibus. & similis factus est bovis illis*. Obtulit illi diabolus in eo Divinitatem tantumque Dei, illumque hac promissione ad se attraxit & fraudulenter decepit. Qui namque dare debuerat illi Divinitatem, illum velut animal reddidit insipientis, & absit ut vitam illi daret Dei, imo qua vivebat, illi abstulit & in mortem præcipitavit. Lac autem SS. Sacramenti *Rationabile est & sine dolo*: pollicetur enim Divinitatem eamque tribuit, quandoque tamen illud recipiens in Deo maneat & Deus in illo: *In me manet & ego in illo*. Vitam promittit Dei, vitam æternam, & promissa complect: *Qui manducavit*

hunc panem vinet in aeternum. Cibus ergo qui tanta veritate continet & dat quod promittit, nuncupetur Lac sine dolo, quandoquidem verissime vitam Dei communicet: *Qui manducavit me vivet propter me.*

Malz. 10. Subtiliter notavit D. Greg. Nyssenus declarans quare oculi sponsi dicantur lacte loti: *Oculi eius sicut columba super rivulos aquarum, quia lacte loti sunt.* Et ait quod inter humida & liquida hoc habet lac singulare quod reliqua velut specula lucidissima figuram representent obiecti illius propofiti: si namque coram hydria aquae ad eius marginem figuram colloces Regis, illam tu inspicies iudicis veie & realiter ibi adillare Regem: lac autem nullum representat obiectum sibi propofitum. Hinc insignem confequuntur laudem oculi Christi sponsi Ecclesiae quod dicantur lacte loti: quod datur intelligi, nihil eorum quae possidet, aliter posse representari, quam in se continet: ita ut nihil sit in eo fraudulentum, nihil dolum, nihil errorneum, & quod eorum omnium eviscerem non demoustrat veritatem: vnde cum lac symbolum sit veritatis eo quod obiectum nostro non aliud offerat quam in se habet, optime quadrare potest Divino huic cibo: si lac nuncupetur sine dolo, & merito nobis hoc proponit D. Petrus, ut desideremus illud appetamus & queramus: quia nobis non sponde, nec tribuit minus eo quod in se completur, Divinitatem sc. vitamque Dei: *Qui manducavit me vivet propter me.*

§. II. Sicut per buccellam arboris vita Paradisi diabolus in homine mortem produxit animi spiritualem: ita Christus in cibo SS. Sacramenti vitam illi tribuit spiritualem.

49. In Thom. nonnullas profert rationes quibus probat eor Christus corpus suum a sanguinem hominibus tradiderit sub speciebus panis ac vini: & una inter illas haec illius est, ut necessitati consulere generis humanitatem iuxta illam sibi in remedium postulabat dari a Christo Divinum huic cibum in alimentum. Huic diabolus semper adlaboravit, ut pro vitio: usui opera Dei destrueret. Cospexit Dei principale opus fuisse creationem hominis propter vitam suae inspiratione adornatae: enim erat illa rectitudo, qua illum creaverat perfectissimum, & velut praesidem

dominumque creaturarum omnium absolutum: *Ego Deus hominem rectum.* Exponeus autem D. Anselmus in quo consisteret illa rectitudo sic ait: *Creatus Deus hominem rectum, id est eum rectitudine voluntatis.* Et D. Thom. profecurus grat. & hanc rectitudinis declarationem qua voluntas effulgebat, ait: quod in statu iustitiae originalis, in quo Deus hominem condidit, iuxta communior sententiam, habuerit homo potentias suas inferiores subditas rationi & voluntati, per quam illae regebantur: & cum ratio perfectè subiecta esset Deo velut Domino & creatori suo, hinc sequebatur hominem illa rectitudo voluntatis: vnde in homine omnes eius potentiae quiete interiori & pace gaudebant, ut nulla earum ab eo defecterent quod illi Deus proponebat: atque per hoc vita vivebat perfecta, nullius indigens in hac namque dignitate constitutus supilis admodum fuit, multamque habuit proportionem cum vita Dei: ut autem in ipso illam relictam cognoscerent creaturae ad hanc pervenit illum reliquis digniorem, ut omnes velut illi cuiusque vicario universalis dominij Dei obtemperarent, & ipse velut earum omnium Dominus illis imperaret, eas regeter & dispoheret. Itaque voluit ut omnes in homine cognoscerent eminentiam & dignitatem vitae Dei, quam in illo statuerat, ac per eam sibi similem creaverat. Ita declarat hoc Spiritus S. quando creationem describens primi hominis, ut in quo consisteret illa Dei similitudo: *Factus est hominè ad imaginè & similitudinè nostram:* subiungit quasi signum huius similitudinis expressum vitam digniorem, in eo clarescentem super omnes creaturas earumque essentias, in auctoritate praesidiaria qua ceteris eminebat, secundum illam quae in Deo reucebat, ex universi totius gubernatione: *Et praefixi piscibus mari Gen. 1. 26. & volatilibus caeli & bestiis universaeque terrae omni- que reptili quod movetur in terra.*

Opus igitur hoc vitit diabolus & inuulit, vitamque hanc in homine praecellentem: vnde Diabolus liuore stimulatus conatus est illam evertere, & opus Dei mortem in hominem introducere, ac vitam hanc destruxit adeo praedantem extinguere: eo sine persuasit & vitam Euae ut fructum arboris vitae gustaret, quam homini Deus in medio paradisi collocaverat. Audiuit sustulit serpentis vocem Eua quam illi proponebat tot circumstantijs ornata bonorum, dulcedinis ac proprij commodi, credidit illa, comedit vtrumque traxit in consortium & perierunt & ne dum promissa illis facta non sunt aduenti, imo

II. Homo ceteris creaturis eminentior.

III. Diabolus liuore stimulatus conatus est illam evertere, & opus Dei mortem in hominem introducere, ac vitam hanc destruxit adeo praedantem extinguere: eo sine persuasit & vitam Euae ut fructum arboris vitae gustaret, quam homini Deus in medio paradisi collocaverat. Audiuit sustulit serpentis vocem Eua quam illi proponebat tot circumstantijs ornata bonorum, dulcedinis ac proprij commodi, credidit illa, comedit vtrumque traxit in consortium & perierunt & ne dum promissa illis facta non sunt aduenti, imo



vero omnem illis à Deo datam perfectionem & naturam decem perdidit: nisi per illa Dei vita fraudati sunt, qua illos illustraverat & extularat, ut autem reliquæ creaturæ hanc in illis ruinam perciperent, in quibus illa dignitas vitæ Dei ultra non eminebat, unanimes in illi infurrexerunt, & quam hæcenus illi præstiterant, negarum obedientiam.

Passus est ergo homo illius vitæ iacturam, & per eam introduxit mortem diabolus: ita Spiritus S. Invidia diaboli mors intravit in orbem terrarum: & hanc exponens D. Augustinus, omnia enumerat mala in quæ per mortem miseræ cecidimus: *Si Angelus de proprio vivens paradiso, non esset auditus, non præcipitaremur in mortem, sed veni de celo lapsus serpens foris, & emisit venenum de proprio, locutus est de suo, gustavit & erit sicut Deus, & illi appetentes quid non erant, amiserunt quod acceperant, se, vim intellectivam, vitam iustitiam, & mortem impossibilitatem. Itaque ex gustu cibi vetiti nos mors apprehendit & eucelsio vitæ quam Deus ex sua nobis inspiraverat. Ut igitur homo hanc recuperaret ruinam & Dei vitam reciperet illo fructu vitæ perditam, cum iam ad ingluviem illius buccellæ inclinatus, minime esset dispositus, atque ad cuiuslibet alterius appetitum præparatus, expulsi sunt ex mente D. Thom. ut per aliam recuperaret quod per illam perdidit: cumque ille cibus non inferior esset ipsi Dei vita, alia illi esca dari non poterat quæ ipso Deo esset inferior, aut minus quidquam quam ipsam Dei vitam contineret: unde alia illi esca dari non potuit quam Christus Dominus, corpus eius preciosissimum & sanguis Deificatus: nam cum in se contineret vitam Dei: *Et ego vivo propter Patrem*, dum in illo hanc eandem vitam comedit, sequitur per incorporationem cibi, vitam Dei illum obtinet: *Et qui manducavit me vivet propter me.**

IV. Quomodo vita reparari deberet.

V. Per vitam Christi in SS. Sacramento.

Hic est Panis SS. Sacramenti in quo latet Christi Domini corpus, & vita Patris illius, & inde orti debebat vita nostræ iustificationis & vitæ Dei participatio: *Instum iustificationis & vitæ incipere debet à cibo se, ligno vitæ id est corpore dominico.* Hoc epulo panis huius Divini nobis per Deum (testem in illo nobis datur) vita redditur quam amiseramus per dejectionem cibi illius vetiti propositionem, cuius comestione demon nos morti subiecit: *Patres vestri manducaverunt Mannam in deserto & mortui sunt: eum enim Manna non continebat Dei vitam, quam panis hic cælestis complectitur sub suis specie-*

bust, non potuit antiquis nostris patribus illustrare vitam Dei qua indigebant: & ita quantumvis in deserto Manna viderentur Angelus licet innumeros compositis, mortem sustulissent non evaserunt, quia fructum æternæ vitæ non gustarunt, donec buccellam panis huius celestis manducaverunt: Christus Dominus intelligitur enim hic mortuus inferno: *Mortuus pro inferno: secundum quod Christus delectatus ad partem illam sanam veterem Parum in inferno, illis fuit velut morsus, in quo allectum vitam æternam, ad quam illos restituit vitam Christi à Patre suo acceperat: & cum illam habeamus in possessione, dum SS. Sumimus Sacramentum. Hic est panis de celo descendens, & qui quis ex ipso manducaverit, non morietur, & sic cibus mortem destruit, inquit D. Thom. Angelicus, quia nobis reparat vitam illam primam quam à Deo accepimus, sicut enim in illo nobis tribuitur Deus amicus vita perpetua in hoc Divino cibo eandem Dei vitam obtinemus.*

Ut autem hoc exponat D. Augustinus, magis declarat quam necessarius nobis esset cibus cui Deum contineret, ut ita vitam illam perditam recuperarem, comparationem sane admirabilem profert animæ cum Deo, atque idem quod agit anima corpori non per dat vitam, agit Deus se animæ illi communicans in hoc pane cælesti, ut vitam illi det spirituales & Divinam, quam in se conservaret ad propria vitæ suæ defensionem. *Deo eius vita: Si ut enim anima vita est corporis, sed non vivificat sine cibo corporali vita Deus vita est anima, sed non vivificat illum sine cibo spirituali, id est sine verbo Dei: & sic licet illa natura homini sibi dissimiles dissimilem vitam haberent, & alio modo & longe ab invicem considerent, nec cibus corporis congruat spiritali, nec cibus spiritalis corpori. Requiritur quoque Deus vita propria vivificaret animam, ut se daret in cibum spirituales nempe Verbum Dei hominem factum; quia aliter non poterat Deus illi vitam suam communicare, nec illam vivificare, sicut nec etiam anima vita est corporis sine corporali cibo quo conservetur, ita ut sine illo non vivificetur: unde ut sit illi vita & illam communicet hoc cibo vitæ quo securam habet vitam quam eandem secum*

dat, dum vniur & copulatur corpori quod informat & viuificat: ita seruata eadem proportione Verbum Dei vitam tribuit animae se homini incorporans, cui se praebet in specie panis & figura cibi, vt per illum certam illi reddat vitam spiritualem qua viuit. *Ab aeterna morte liberat* ait D. Thom. *merita bona sua multiplicat, ad beatam vitam deditur, ad aeternam vitam corpori refertur.* An non effectus vitae Dei multiplicat qui se nobis exhibet in SS. Sacramento?

Hoc primo agit vita, mortem exellit, & concessio quod caelestis hic panis nos a morte libet, & non a qualibet in genere sed aeterna, in confesso est quod in se vitam continet, aeternam quae est vita Dei, & hac communicans viuicit. *Hic est panis de caelo descendens ut si quis ex ipso manducauerit non morietur.* Secundo merita multiplicat ad beatitudinem, secundum quod hoc Diuino Sacramento charitas augetur & per illum merita, quibus respondent diuini gradus gloriae in caelo. *Panis quem ego dabo carnis meatu est pro mundi vita immortum,* interprete D. Thom. quia datus eo sine vt vitae sanctae merita augetur. *Sicut enim puer paruulus per cibum in portum crescit magnitudine, robore & decore sic fideles per cibum spiritualem proficiunt merito bona vitae.*

Ita in 10 sic prima veritas Christus: *Ego veni vt vitam habeam & abundantius habeam:* quo significat quod daturus se nobis in cibum ad vitam spiritualis conseruationem, ad quam nos morte sua reduceret, in quantum per illam morti vires enervauerat: ita quoque per illum nobis communicaret eiusdem incrementa: etenim effectus hic proprius est cibi qui comeditur vt dum non is leruit ad alimantum, etiam vitae virtutem adauget: sic audio psallentem Dauid:

Multiplicabit in anima mea virtutem.
Tertio tamen panis hic Diuini est efficacit, vt nos euehat ad gaudia vitae aeternae: hoc eleganter expressit D. Amb. effectum describens, quem operabatur in filiis Israel per deserti gradientibus caeleste hoc Manna figura SS. Sacramenti, quod Deus daturus erat nobis peregrinis per miseriam huius vitae solitudinem oberrantibus, quod talem illis virtutem suggerit vt in illa non defecerint peregrinatione, sed eo vltique robore avertit donec illos in terram introduxisset promissionis. Audite D. Ambro. *Domini corpus Manna plus: quia sicut ille panis populum per desertum ad terram promissionis duxit: ita hoc est caelestis fideles huius saeculi de fortuna transiunt in*

caelum subleuit, unde viaticum recte appellatur, quia in via reficiens, in patriam usque perducit. Non inferior est illa virtus quam cibis hic caelestis fidelibus exhibet, quoniam multo superiori quandoquidem in deserto mundi huius peregrinantes ita corroboret, vt ad gaudia sustollat aeternae beatitudinis unde viaticum &c.

Vt admirabilem venetor historiam quam de Eha scribente Spiritus, dicitur: Vir hic afflictione nimia turbabatur ex iunio quo se relega mulier & Regina Iezabel mortem illi intenterat: vt autem irritata mulieris infidias nunquam declinaret, quibus vit alioquin sanctissimus potest auxiliari, ex consilio montem peiuij & deserta penetrauit, quae diu perambularet, die quodam solus exultans & imaginatione multa volvens, mortis minas apprehendit & nimio ex itinere fatigatus animo viribusque collapsus est: vnde tantis oppressus angustijs pro vita mortem elegit. *Peuius anima sua vt moreretur & auis sufficit mihi Domine, tolle animam meam.* Domine arma proijcio, vita non patiar, heu mors quando venies! Hac igitur afflictione & lassitudine prostratus somno contigitur sub vmbra mulpetri, cui confestim apparet Angelus, dormientem excitat & fauehem ad esum prouocat: *Surgat & comedat.* Redditur sibi compos, oculos conijcit in locum vbi caput reclinabat, & ecce panis submericius & vas aquae. Ex pane comedit & bibit & quidem bis iuxta Angeli monitum, tantamque hausit ex illo cibo virtutem ac robur, vt si prius ad vnius diei iter se viribus doletet infirmum, modo panis huius viribus confortatus nec conficere potuit quadraginta diebus & totidem noctibus, donec pertingeret ad montem Dei Horeb. *Qui cum surrexisset, comedit & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus usque ad montem Dei Horeb.* Itaque dicere licet quod virtus illa ac robur ex pane illo submericio quem comedit, illum duxerit ad montem Dei. Testis D. Tho. hanc historiam allegorice ad SS. Sacramentum, cuius figuram panis hic submericius expressit. Elias animam praefigurat, quae vinculis ligata corporis viuit in hac mundi solitudine in eius deserto solitaria, ad interiora penitentiae secedens, ad quam confugit timore percussa propterea concupiscentiae Reginae maledictae quae spiritum persequitur non minus atrociter quam impia Iezabel Prophetam Eliam. *Caro concupiscentia aduersus spiritum: nec quidquam est quod ita hominem prosteruat ac penitentia & asperitas ieiunij.*

XIII. Et panis submericius est.

3 Reg. 19. 4.

XIV. Applicatur aui.



peccata prouocabant. Labet audire D. Cyprian. *Secundum modum uino isto communi mens soluitur & anima relaxatur. Et tristitia omnibus excluditur: ita & pota o sanguine Domini & potulo salutari, videmus expoliari memoriam veteris hominis, & fieri oblivionem conuersationis secularis, & inofensum pellit ac tristitia quod prius peccatis argensibus premebatur, Diuina indulgentia letitia resolu.*

III. De qua dicitur: *Et inquit letitia.*
Et enim expendit D. Greg. Nazia. anima gratia abundans in se tantam presentis alacritatem mentisque gaudium adeo excellens, ut se non continens rideat, tantisque letitiae signis exultet, ut quodammodo ebrietate videatur absorpta Diuina & supernaturali, & eo modo gaudium illud interius illam commutat, ut modum sibi ponere nequeat, aut impedire quo minus exterius in corpus se diffundat, quod tantae letitiae participis reddat, cuius affluentia quasi extra se rapitur, & vitam suam negligit naturalem, Diuinae tantum & supernaturali attendens, quae gratia animae communicat, ut propriae immemor uiuat. *Quaecumque enim anima impleta fuerit gratia, gaudet confestim & ridet, exultatque: hinc patet enim ita ut uulgo ebria uideatur insanire: sicut enim nomine Diuino non solum anima concitari sed & corpus incandescere interno gaudio prorumpente in exteriora: & hoc procedit ex abundantia bonorum quae Deus animae communicat eminentissima. In his superius inexpectati delictijs iudicant ebrietatem, plenitudinem gaudij inestimabilis, & Diuinorum affluentiam bonorum. Conspiciunt Iudaei Apostolos hilaritate perfusos inexplicabili, tantaeque uoluptate delictuos, ut in amittam profilitet, ex anima in cor atque ex corde in os quandoquidem varijs diuersisque linguis illam mundo manifestarent: etenim descenderat in illos Spiritus S. bonorum suorum plenitudine internoque gaudio ex tanta bonorum affluentia illos recreauit, ut ipsi tantum sapere non posse uiderentur: cum autem Iudaei caelestis huius gaudij magnitudinem ignorarent: *Multo magno deputant quo spiritus repleuerat.**

Idem exposuit Philo Iudaeus declarans sacrificium summi Sacerdotis Melchisedech in pane & uino figuram huius Diuini sacrificij quod offeruntur Sacerdotes in Ecclesia sub speciebus panis & uini: & immetens extollens bona quibus anima cumulatur, ait quod ex eorum plenitudine illam Diuina quaedam occupet ebrietas, quam mirandas in illa & caelestes operatur mutationes: cuius haec sunt uerba. *Melchisedech pro aqua*

uinum ebrius potans atque confirmans animas ut occupentur Diuina ebrietate, qua est omni sobrietate magis sobria ebrietas inquit est, ex qua confortatur anima in uita supernaturali & Diuina, & per consequens nulla est hic moderatio nulla uita compositio, magis sobria quam illa qua illi Diuina haec infundit ebrietas ad terrena haec & inferiora: cum enim uitam illi communicet Dei, licet abundantia haec subiicere huic ebrietati ex gaudio quod ex illis percipit: nihilominus hoc agit ut in modo suo uiuendi, actionibus, uerbis & cogitationibus, nihil prater Deum sciat, Dei tantum sequatur conditiones, ignoret inelationes ac proprietates hominis, uoluptates denique & gaudia spernat mundanorum.

Itaque ex nimia caelestium bonorum abundantia, quam nobis Deus depluit ex SS. Sacramento, per exteriorem declarata demonstrationem summam uoluptatis quibus anima in illis fruatur, unde dicitur Diuino modo ebria nos sequitur uita supernaturalis & Diuina, atque in nobis uita uiuere Dei. Quinimo ut tanti boni laetitia non incurteremus, in cuius eminentia cuncta comprehendimus quaecumque possumus imaginari, praenit nos Christus caelestis animarum sponus, ad Diuini huius panis nos inuitans ebrietatem: *Comedite amici, & inebriamini charissimi.* Ille prior suauitatem & dulcedinem gustauerat cibi huius caelestis: *Comedi fauuncum melle meo, bibi uinum meum cum lacte meo.* Vbi Septuaginta spiritum attendentes Propheticeum quo sponus loquebatur de mysterio Diuini huius panis & nouo legis sacrificio, transtulerunt: *Comedi panem.* Ita legunt D. Greg. Nyss. *L. x. de* & D. Ambro. q.d. quod qui Diuinam gustauerat *Cain.* & panis huius caelestis dulcedinem, in qua omnium *Abele:* bonorum Dei gaudium continebatur, quandoquidem in eo Deo ipso fruebatur, omnes inuabat ad hanc bonorum plenitudinem, quam non illo remen declarat ebrietas ab ipso impositum: ut hoc creentur, pane Diuino pati, hac plenitudine pariter gauderent omnes amici eius ac fideles filij charissimi.

Præterea in hoc Spiritus S. exponit quod Christus fecit cum discipulis suis in ipsa nocte cenae: postquam enim instituerat S. Sacramentum, & ipse corpus suum sumperat sanctissimum ipsos inuitat Aposto. ut huic cum illo cenae participent, ut etiam hac bonorum laetate abundantia, qua ipse laetabatur ex proprii corporis sui sumptione. Et cum gaudium illud non

V. Hæc autem manum confortat

44. 53.

VI. Ad hanc nos Christus inuitat.

Cant. 5. 2.

VII.

VIII. Ut olim in Cena discipulis

non

non capiat ubi friget amor Dei, non omnes ad hoc invitabat, nisi tantum illos, qui charitate flagrabant: idcirco namque vocat illos charissimos, eaque ratio fuit cur ad huius coenae convivium non invitaverit nisi tantum illos, quos vestis ornabat nuptialis, id est charitas inflammabat, & ipsis solum ait: *Accipite & comedite: Hoc est corpus meum.* Hoc sensu locum huic Cant. intelligunt SS. PP. Et quamvis D. Hieron. hanc ebrietatem exponat ad quam sponsa invitata animas, alio sensu, non tamen à nostro iam exposito diverso: atque, ebrietas hæc copiosissimam indicat bonorum affluentiam qua Deus animam in hoc caelesti convivio recreat: quæ cum talia tantaque sint nostra perfectè satiant desideria. Loquatur ipse. *Hic ebrietas non eius potentiam mentis, sed copiam rerum omnium significat.* Cui suffragatur psalmita: *Visitasti terram, & inebriasti eam.* Non dubito quin dicat: postquam Deus terram visitavit atque in illam descendit tanta replevit illam bonorum abundantia, ut maiori non potuerit: hoc enim significat, inebriavit eam, nam bonis suis omnibus eam adimplevit.

D. Hier. In r. 14. Of. 60. io. Gen. 42. IX. Ios. ph fratres suos inebriavit, & ipse factus ebrius.

X. Hoc Christo applicatur.

Gen. 49. Hierem. 31. 25.

XI. Quæ sit hæc ebrietas. D. Avoc. Qu. 44. Gen. 4. sepl. qui valde sapiens commendatur: sed & hoc

veronam pro satietate salere poni in scripturis, qui diligenter advertit, multis in locis invenit, unde est illud: *visitasti terram & inebriasti eam.* Quibus verbis declaratur ut summa Dei laus & abundantiaæ donorum eius ac magnitudo convivium ac bonorum copiosa multitudo quantum terra ditavit capacitatem, ut amplius nihil superesset optandum, nec alia acceptis maior dum illam venit visitaturos. In laude beatitudinis hoc positum est, & domum Dei commendatur, ideo apparet hanc ebrietatem satietatem significare: nam inebriari, ut inebriantur ebrii, nisi ipsi terra vile est: quoniam maior, quam sanctorum sufficit, humore corrumpitur, sicut sata inebriantur qui non satietate se replent, sed in regno diluvio. Hæc terræ ebrietas non intelligitur quibus terra mergitur velut in diluvio sed abundantiam indicat sufficientiam terræ & satietatem: nam eo modo, qui vinum haurientia illo inebriantur, ut illis abundantia non sufficit ad extinctionem sed illo quasi diluvio mergi desiderant, & hoc illis neque aquam prodeci ficut nec terræ æquum diluvium. Vberitas igitur & bonorum congeries hoc nomine nobis exponitur, eaque est quam hoc titulo insinuat, copiosissimam denotans bonorum affluentiam, qua nos Deus in hoc caelesti convivio vberem afficit.

Itaque nomine ebrietatis satietas indicatur nostrorum omnium desideriorum, in perfectione bonorum omnium optabilitate ut quicumque receptoris illum accesserit, non habeat quod exoptet & ad alia aspiciat bona: omnia enim velut in cumulo hic congeruntur, ut si Deus ex libere cibum. Elegantiæ non pretiositas. D. Aug. Hoc tantum suo, sed in nos ipse, & omni mihi copia, qua Deus meus nos afficit, est. Quidquid esse potest, quod tu non es, ipse comestum est, & hoc non solum expectat in ipsis quæ foris sunt sed in me ipso idem sentio, & quamlibet rerum abundantiam quæ Deus meus non est, arbitror inopiam: quo significat in Deo plenam nostrorum appetituum inveniat satietatem, atque in eo solo nos habere posse quicumque bona nostrum exercitæ polle appetitum.

Quinimo nomen Dei in Hebreo *Sabbai* nobis idem confirmat: idem enim est quod virtus. Et virtus liberalis: Deus etenim ea nobis omnia largitur secundum tam sufficientiam quæ nostri desideria vacuum expleat: quamvis enim aliquo modo

capacitatis sit infinita, bonorum tamen eminentia, que est in Deo, non est minor, quam in potius multo maior & perfectiori infinitate & ita ipsa sola sufficit vt totam illam impleat capacitatem, vt necesse non sit extra Deum quidquam querere, oriam in ipso tota est bonorum assuetudine nostra desiderabilis. Si igitur in SS. Sacramento Deus addit cum integra sua omnipotentia, magis iudice, thesauro & liberalitate, quos dubitat quin nos sit cumulaturus tanta bonorum suorum copia, vt titulo possit explicari ebrietatis. Hic Deus illa suis tanta tribuit excellentia, vt anima non habeat quid amplius exoptaret recepto namque Deo, quod bonum aliud superest. *Comedite amici & sobriamini charissimi.* Quid hanc bonorum pendendi abundantiam quam Deus in SS. distribuit Sacramento verbis quibusdam Diuini quibus expoluit quod ex fructione famiritatis bonorum omnium in hoc

quid aliud indicat quam vita viuere Dei, in qua vera consistit letitia & bonorum omnium possessio, viuere inquam, qui panem hunc celestem manducabunt quo noster perfecte satietate appetitus.

§. 13. Illa vita quam communicat Deus in SS. Sacramento, anima nostra vitam corroborat quo Diabolum enecat.

Probat D. Thom. principalem huius SS. Sacramenti figuram fuisse Agnum Paschale, de quo iam sepius & licet plures offerantur rationes quibus nititur, & omnes illi Angelico eius dignitate sunt intellectui: hęc tamen nobis maxime quadrat, nimirum effectus admirabilis sanguinis illius Agni, de quo comederunt filij Israel prefigurantes id cui nos modo in Diuino hoc participamus Sacramento, & eleganter hoc expendit D. Chyffolto. Hac virtute pollebat illius Agni sanguis, vt quemcumque filiorum Israel tangeret & effluentem de Agypto quo tempore super omnes spargebatur, tantis illum viribus confortaret contra percussentem Angelum, qui secum dum communem SS. Sententiam erat diabolus, qui velut executor Diuinae sententia illos occidebat: vt quando illos interfectione debebat, illi adeo confortarentur, & Angelus ita languesceret, vt illis nequaquam posset praualete, vnde illi victores victi: autem diabolus. Quod attinet ad hunc effectum, inquit D. Thom. Agnus hic potissimum figura fuit SS. Sacramenti. Et quantum ad hoc ponitur precipua figura huius Sacramenti Agnus Paschalis: quia secundum omnia ipsam representat: quia taliter per hoc Deus vitam animae confortat ex eo quod illi ex sua communicat, que virtutem continet superiorem, vt contra vires praualeat Daemoniarum illi qui communicat Deumque recipit tantum insudit robur, vt diabolus nihil sitat suis viribus quibus illi impugnet quod si praualeat accedere, capite redit colliso, & hoc multo maiori excellentia qua olim sanguis illius Agni.

deo contraria ipsi quae videbantur in eo. nec enim aliud notabatur in illo praeter actiones hominis mortalis: vitam dare voluit non munda, liberans eum a feruitute diaboli, a quo tam dure & crudeliter opprimebatur. Credo firmiter quod caro hominis, eius appetitus & complacencia causa fuerit nostrae mortis ipsaque per se opus efficere non potuerit adeo excellens: attamen carnis illa euecta ad esse Diuini suppositi Verbi, virtutem habet adeo effica em, vt quauis ex se mortem producat, tamen toti possit mundo vitam largiri. Hoc meo iudicio D. Ioan. illis verbis declarauit. *Quod factum est ipso vita erat: quae concinne ponderat D. Ambrosius notans diuersimode legi iuxta variam interpunctionem, ex qua varij sensus eliciuntur. Quidam sic legunt. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso, factum est nihil quod factum est. Et noua sententia legitur quod sequitur: In ipso vita erat. Alij punctum scribunt post illud: Sine ipso factum est nihil: & hoc nouam inchoant sententiam. Quod factum est in ipso vita erat. Prima lectio communis est, eamque securi sunt (inquit D. Ambrosius) Doctores Alexandrini & Aegyptij: vbi inter illos Monachos multi doctrina vt pietate praeceliebant: & secundum illam sustinere voluisse dicere D. Ioan. omnia quaecumque esse habent, esse facta per Verbum Dei in creatione, eiusque gubernatione cuncta conseruati, ita vt sublata eius virtute in nihilum cuncta redigerentur: Avertens autem te faciem tuam, turbabuntur, & in puluerem suum reuertentur. Timebant autem secundam lectionem: Quod factum est in ipso vita erat: quia hoc modo agebat Aritus, illamque allucebat in errore sui confirmationem, quod nimirum quicquid in Christo erat, factum esset & creatum. Verum tamen mea sententia (sic D. Ambrosius) si prima bona sit, est & secunda, tantumque abest vt Aritio faueat, quantum eius confutat errorem ac Diuina declarat mysteria, & potissimum permixtum illud opus Christi in SS. Sacramento. *Salua sit fidelibus illa descriptio: ego non uerborum legere. Quod factum est in ipso vita erat, & nihil habet quod teneat Arius. Aduerte inquit a Ioan. non dictum: Verbum factum, sed illud quod in Verbo factum fuit. Aperi aures paululum & audis dicentem: Quod factum est in ipso vita e at. In ipso inquit, factum est, non Dei Verbum factum est.**

XI. Diuersa lectio horum verborum.

XII. Verbum non est factum sed in ipso facta sunt cuncta.

omnia de. Iarati varijs scripturae locis potissimum autem probat alijs eiusdem D. Ioan. Verba quae sunt velut explicatio eius quod hic dicit. *Quod factum est in ipso, quod audimus, quod vidimus, quae nostris, quod percipimus, & manus nostrae trectauerunt de Verbo vita, & vita mansit in ipso. Quod factum est in ipso, nostris apparuit actus, hoc quod vidimus in ipso, fuit caro nostra, haec enim in ipso facta est in tempore per temporalem generationem in purissimo ventre SS. Virginis, formata de purissimo sanguine vteromilius: haec caro quam in illis assumpsit Dei Verbum factum homo, haec ipsa est quam videmus, manibusque nostris contrectamus, & ipsa quae in ipso facta est, & ipsa caro, quae ex se principium exstitit nostrae mortis, euecta ad esse hypostaticum Verbi, nostra vita est. & vt talis vix apparcat. Et vita apparuit: caro ergo quae in Christo apparuit, vel Christus in carne, ipse est nostra causa vita.*

Itaque non fuit factum in ipso Verbo esse Diuinum, nec persona Diuina: haec etenim facta ab initio, sed in ipso facta sunt in tempore carnis nostrae: sanguis nolter, humanaeque natura. Et hoc quod in nobis est malorum principium, immo mirabilem ac mortis, quomodo esse potest causa vitae nostrae, ac summi boni possessionem? Quae hoc totum promouerunt ad statum sapienterem in persona Verbi, in qua talem illi vitam tribuit, vt esse potuerit vitae hominum principium causaque vniuersalis. *Quod factum est in ipso, vita erat: Caro facta est in ipso, vita est. Non dicit absolute quod caro nostra sit. Vita, sed quae in ipso est, haec virtutem habet & vitam, quibus nobis vitam concedat, & hoc quomodo esse debet? Tantum manendo in Christo? Nemoquam, sed se ipsum nobis dante vt hoc modo illa fruamur. Hoc facit in SS. Sacramento, in quo dunt nobis in cibum potumque exhibet carnem suam ac sanguinem: *Caro mea vere est cibus, sanguis meus vere est potus: cum hoc id nobis traicit quod in ipso vita est, habetque vitam illam nobis tribuendi: Sui manducat me vivit propter me. Atque in hoc manifeste patet quid sit SS. Sacramentum extensio vram in se & impletio incarnationis Dei, in qua licet vt homo redderet Diuinos Verbum Dei factum est homo, illique naturae singulari Christi communicauit proprietates vitaeque Dei: ita similiter haec vt nobis Dei vitam largiretur, in ipso nobis carnem suam & sanguinem concessit: licet etenim in nobis fuerit causa mortis, in Christo tamen facta.**

facta vita est, & hæc digne communicanti communicata, virtutem hæbet & efficaciam, illi dandi proprietates, conditiones vitamque Dei, quantum cum illis ad æternæ vniuersæ gaudia perueniat,

vbi Deus in omnia sæcula eam in gloria electis suis communicat, ad quam nos petebat Dominus noster Iesus Christus Amen.

HOMILIA V.

DE SS. SACRAMENTO,

IN QUANTVM RATIONEM HABET SACRIFICII
ET IN ILLA AGITVR DE MISSA.

Hic est panis qui de celo descendit. Ioan. 6.



Thom. Catholice Theologiae Doctor duo declarat in SS. Sacramento, quibus redditur excellens, & eiusdem patet magnitudo beneficij quo nos Deus dignatus est in æternæ necessitatis nostræ remedium. Hæc nos vigeat necessitas, vt nobis concederet, nosque conseruaret in vita spirituali gratiæ, per quam Deus nos propria vitæ efficit participes: & quemadmodum cibus corporalis vitam suscitât corporalem: vt in spirituali cibum haberemus quo nutrireretur, seipsum nobis sub specie alimenti exhibuit in hoc diuino Sacramento: & secundum hanc rationem (inquit D. Thom.) est & vocatur Sacramentum, sub cuius speciebus Christus vitam communicat quam à Patre accepit, vitam scilicet Dei: quatenus nos in ipso eandem haberemus, & alimentum illi conformem, quo in hac vita quam nobis committat, sustentemur. Sicut *me misit vivens Pater, & ego vivo propter Patrem: & qui manducet me vivit propter me.* Similiter Deo tenebamur solvere propter grande debitum, & integram rependere satisfactionem gratitudinis beneficiorum quibus nos quotidie superabundanter cumulatur. Et quantum verum sit Christum pro nobis integre satisfacisse se Deo Patri offerendo pro cunctis hominibus us velut caput Ecclesiæ, quo perfectissime pro eo satisfecit quod illi peccatum abstuleramus: nihilominus necessitas exigebat, vt quisque haberet quo illi satisfaceret pro eo quod

peccatis personalibus, quantum est ex parte suo, Deo quotidie detrahit, summam æquivalentem quam Deo solueret & in gratitudinis offerret: pignus: ad hoc inquit D. Tho. nobis diuinitus hoc concessit Sacramentum, in quantum rationem continet sacrificij, quatenus pro singulis oblatibus, Deo pro hoc possent debito satisfacere illumque recognoscere vt auctorem diuinum & naturalem bonorum omnium quæ illis largitur, hoc sacrificio protestati, quod eum vt talem cognoscant & reuerantur: *Idem Christus pro nobis quotidie immolatur, vt qui semel moriendo mortem demerit, quotidie residua delictorum per hæc Sacramenta relaxet.*

Quod confirmat argumento D. Ambr. dicens nobis fuisse admodum conueniens vt sacrificium illud toties repeteteretur quod Christus Dominus in passione morteque sua Patri dedicauit in nostrorum solutionem debitum illi perfecte satisfactorius: & cum in SS. Sacramento Passionis eius memoria renouetur: *Hæc quotiescumque fueritis, in mei memoriam facietis: ideo Christus in illo nobis reliquit rationem sacrificij ad hanc peragendam satisfactionem: Sicut quod ubique offerunt, unum est corpus, ita & unum est sacrificium. Christus semel in Cruce hostiam pro omnibus obtulit, ipsam offerunt & nunc: sed quod nos agimus recordatio est sacrificij illius, nec causa sua infirmitatis repetitur, sed nostra, quæ quotidie peccamus. Est diuinum hoc Sacramentum memoriale quoddam in quo idem illud reiteramus quod Christus nobis gratia in Passione sua precepit, secundum effectum qui communicatur fideibus*

D. Tho.

II. Quæ ex D. Ambr. constat.

Lnc. 22, 19

fideliſibus pro quibus ia ipſa ſe obtulit: & cum quotiſie horum fructuum ſiamus participes, idcirco neceſſarium fuit ſacriſticiuſ haberemus quotidianuſ, quo ad nos fructus illi diuina- rent: vnde nobis ſatuberrime in ratione ſacriſtici, vt oblatio in ipſo Patri aeterno eo ipſo quod Chriſtus Ieſus in cruento ſacriſticio de ſe ipſo obtulit, eius fructus percipiamus in hoc incremento SS. Sacramenti, quod quotiſie in Miſſa offerimus, in qua ſinem hoc fuiſſe credimus inſtitutum: vt enim mox dicendum: Miſſa non eſt aliud quam quadaſm repraeſentatio illis ſacriſtici, quod Chriſtus obtulit in Cruce: & cum in ipſa conſecretur corpus & ſanguis Chriſti, etiam in Miſſa idem nos offerimus, quod Chriſtus pro nobis obtulit, ſcilicet ſeipſum, quo pro nobis omnibus ſatiſfecit debitis, nobis etiam relicto quo pro quotidianis ſatiſſeciamus. Et cum illa ſatiſſactio pro omnibus illa iſta plenitudine & continuatione fieri non poſſet ſacriſticio quod ipſo Deo erat inferius, & Deus in propria non poſſet natura ſacriſtici: neceſſe fuit vt hoc perficeret in natura qua conditiones has omnes complecteretur, qualis erat natura humana ad quam de caelo deſcendit, ipſamque diuino ſuo Verbo perſonaliter vniuit.

In eum ſinem ſtatuit Chriſtus ſe miſſum de caelis a Patre ſequi illum eſſe, de quo Moyses fuerat locutus: *Prophetam de gente & de fratribus tuis, ſicut me ſuſtinabit tibi Dominus Deus tuus* Iudaeis in memoriam reducens quod eo modo Deus Moysen populo ſuo miſerat, vt eius ſubueniret neceſſitatibus, ita ſimiliter eum Pater ſuus miſerat, vt dignioribus multo praeſtigiis quam Moyses illis in ſuis quas patiebantur auxiliaretur. Et licet Iudaei ad huius confirmationem alioſ poſtulerent ſignum ita raram vt illud quo Deus illis per Moysen Manna conceſſit vt ſicut illos hoc tot annis in deſerto conſeruant incoſumes, ita ſimiliter eodem effectu & ipſos ſuſtineret: *Quod ergo in ſacriſtium nos videamus & credamus? Patres noſtri manducauerunt Manna in deſerto, ſicut ſeipſum eſt: Panem de caelo dedit eis manducare. Quasi Chriſto obijcerent: Moyses ſaltem dedit nobis verum ſignum quod Propheta eſſet miſſus a Deo ad populi ſui liberationem: quandoquidem ad eius confirmationem patribus noſtris per deſerta peregrinantibus Manna miniſtraret, panem de caelo deſcendentem, quo populo declararet, quandoquidem per Moysen illos quadraginta annis aliſſet in ſolitudine, eo ipſo poſ-*

ſent conſiderate grauior illos premeſſe neceſſitate, Deum illis auxiliaturum: ac preſtante in teſtimonium eius quod ipſe veniret vt aliter Moyses a Deo miſſus, aliud ipſis exhiberet ſignum non minoris virtutis quam illud, quod ſiſta tanta polleret efficaciam, vt illos tanto poſſet ſiſtente tempore, quanto & illud. Declarat autem eis Chriſtus panem illum, quem Deus antiquis tribuerat patribus illa nequaquam vt ipſe virtute qua SS. Sacramenti panis quem ipſe deſertus erat & de quo diſputabatur, quod ſiſte vere deſcenderat de caelo, eſſet hoc & non illi qui tantum de media regione aeri deſcenderat, vbi ex virtute caeli Deus illum effloro alioſ. Vocant autem panis de caelo: non quod ipſe deſcendiſſet, ſed ea phraſi qua dicimus nos eſſe Reges de caelo, quia per aera volitant, & quod ab alio decidit, de caelo cadere: Chriſtus enim ſolum realiter veroque de caelo deſcendit, ſine qua ſecundum naturam diuinam filius eſt Patris caeleſtis, ſine qua ſecundum naturam humanam formatus fuit in vtero puriſſime Virginis Mariae virtute Spiritus S. & cum Chriſtus ſuo ſpeciebus panis huius lateat, idcirco dicitur panis de caelo. *Hic eſt panis qui de caelo deſcendit.* In quo illis expoſuit excellentiam huius multo praſtantiorem quam alietius nempe Moysi: ſi ſiquis propter panem per Moysen a Deo miſſum conſiderat: certoque cognouerint quod ipſo de ſuis poſſet eripere neceſſitatibus, quibus etiam illo theſaurum poſſiderent, vtique in hoc quem Chriſtus illis exhibet, virtus eſt infinite potentior: quandoquidem patribus antiquis illud Manna non conceſſit quo ſemper viderent quod immortales, cum licet iſto paſſi motu ſua, etiam autem qui diuini hunc panem manducant, Deo vitam communiceſt aeternam: *Non ſicut manna manducauerunt patres veſtri manna, & mortui ſunt: qui manducant hunc panem viuunt in aeternum.* Deo ſacerent Deoque offerret in debitorum eum gratiam ſoluiturum: porro in pane caeleſti Chriſtum Dominum offerimus Patri aeterno in noſtro: in ſeculerum ſatiſſactionem: eorum ſicut deſcendens de caelo & moriens in natura humana quantum prout pro illis cumulatione ſatiſſecit: ita ſimiliter diu noſ ipſi eundem offerimus, qui deſcendit de caelo, & moriens ſe pro nobis obtulit aeterno Patri, diuinum in illo habemus ſacriſticiuſ, quod illi conſecramus in ſatiſſactionem pro culpis noſtris quotidianis. Virgo Dei genitrix caelorum Regina hoc ca-

III.
Quid ſit
Miſſa.

Deut. 18.
15.

Ioan. 6. 50

IV.
Euchari-
ſtia ſigni-
ficat
maius
quam
Manna.

lesse nobis preparauit sacrificium, quando puer illum viscerum suorum sanguinem admixtravit, quem spiritus S. dissoluit in formatione nature humane, quam in mundissimo eius vtero personæ Divini Verbi uniuert: & cum hoc illa prepaauerit: nemo indubie, quam ipsa conuenientius nobis debita largiri poterit dispositionem gratiæ quæ de illo loquamur, obtineat: à Deo ipsa pro nobis intercedente, quam eum Angelo pat. est. vt salutemus. *Ana Maria.*

§. 1. *Ingressu Christum in templum quinduo antequam immolaretur, ex eo cuncta eiecit animalia sacrificijs destinata: quo significabat se sacrificio suo cunctis antiquis finem imponere sacrificijs.*

dere debet Princeps primogenitus Regisque heres nisi ad palatium domumque patris? Templum pete Saluator noster, vt domum & æterni Patris sui palatium: vbi in confirmationem quod esset verus filius Dei, quem in SS. Sacramento veneramus, erat sacrificandus: & tanquam dominus illam ingressus omnia recognosceat & circumspicit. *Et circumspexit omnibus*, inquit D. Marc. Oculos coniecit in animalia eò adducta in sacrificium: vt autem declararet vetera sacrificia finem per hoc acceptura, quod ipse extra Hierusalem erat oblaturus, & per hoc pariter, quod de ipso in templo sub missa erat consecrandum, eam ob causam templo cuncta extirpare animalia, quod cunctis innotesceret sui sacrificij institutione omnia hæc finienda: ratio namque sua debet, vt lucefcente veritate, figura terminaretur.

Expendit Dn. Paul. tria fuisse propria cunctis sacrificijs in ordine ad Deum legem, Sacerdotes & Trias sunt sacrificia. Nulla unquam extitit gens adeo barbarior, quæ non intelligeret, esse Deum aliquem, cui deus acceptum referatur omne bonum, & qui vt auctibus eorum quo nullus fuit cognitus excellentior, honorari debeat & coli eius venerationem semper celebrant in dignitatis illius supremæ protestationem: quæ semper cognouerunt se esse dependentes, vt bonum illud obtinerent, quod vt tale ab ipsis obsecrarent: vt eui talis Deo debitus honor prestaretur, vtque ab omnibus generali veneratione coleretur leges condiderunt, quibus exponeretur quo cultu ac veneratione Deum honorarent: quatenus his opera sua conformando in omnibus ijs illum iuxta debiti sui vinculum venerarent. Et cum quisque per se huius Dei non posset vacare cultui ac honori, quia impossibile erat vt omnes sese huic cultui impenderent, ob varias officiorum & operum occupationes quibus detinebantur, vt suis prospicerent necessitatibus & alimento ad vitam opportuno: ideoque quosdam elegerunt vt dedicati essent & quasi consecrati: quatenus Dei huius honori ac venerationi se tantum impenderent, quales fuisse dicimus Sacerdotes, per quorum opera & actiones vniuersus populus illum honoraret. Recognitio autem obligationum, quibus illi tenebantur, ex beneficijs Deo cumulataque donis quæ ob illo se recepisse fatebantur, eorum animos ad perpetuam cogebat gratiam & venerationem: vtque in signum eius velut in retributio- nem, & partem solutionis eorum particularia illi munera & oblationes offerrent: in eum fide diuersa instituerunt sacrificia in quibus in recognitionem

Si rationem inquiramus cui Christus recta ad templum recenderit ipso pridie sacrificij, quando glorioso adeo triumpho, congratulatione & multitudine conuolente illum cives Hierusalem introduxerunt, ipsa scilicet dominica Palmatum: multas nobis proponit D. Th. quarum hæc vna sit: quia cum Christus Dominus noster immolandus esset in sacrificio conuolente aut ignominioso, sed inuolente & glorioso in eadem domo sua, nempe templo, in SS. sacrificio Missæ celebrando in Ecclesia, idcirco priusquam aduenit cruentum Crucis sacrificium foris extra templum perficiendum ostendit, dñi ad illud pergit, quod vt verus & legitimus, filius Dei in templo, velut in domo propria offerendus esset: in vero illo sacrificio per ageudo in SS. Sacramento glorioso triumpho summaque veneratione in Ecclesia, in Missa dedicato. Et cum templum futurus esset veri huius sacrificij locus, cuius figuram tulerunt omnia illa quæ in lege veteri de animalibus offerebantur: ea de causa priusquam sacrificetur in illo sacrificio quod de seipso obtulit Deo Patri in ara Crucis, ad templum festinat: quia licet in illo sacrificio & extra templum mortuus sit tanquam homo, in illo tamen quod de ipso erat in templo consecrandum se declarare voluit legitimum verumque Dei filium: etenim locus Deo propius, palatium eius ac domus, est templum: atque idcirco (vt ait Doctor Angelicus) quando ingreditur immolandus, primo recta tendit ad templum. Quo namque ten-

Marc. 11. 11.

II.

III.



mionem huius obligationis Deo partem eius quod ab illo receperant obtulerunt: quoniam obrem ut conueniens & obligatorum iudicauerunt illi sacrificia ex illis litare bonis que censuerunt illi fore gratiora.

IV. Hoc obseruatum legitur a Romanis, Graecis & Iudeis, vnicuique ab omnibus nationibus & iudicatum seruatumque hanc fuisse consuetudinem. Acta Apostolorum nobis referunt Ephesi templum dedicatum fuisse Dianae, quam ex praescriptis particularibus eius legibus venerabatur, dona illi & sacrificia dedicantes, cuius cultui ac venerationi quidam erant consecrati Sacerdotes. Advenit Christus Dominus noster, & novam aedificat Rempublicam nempe Ecclesiam, *Aedificans Hierusalem Dominus, dispersiones Israel congregabit.* Extruxit illam viuentem & congregans filios Israel dispersos ac diuisos: hoc enim significat Ecclesia, congregatio & vnio fidelium. *Ipse aedificauit ciuitatem meam.* Ipse Dominus per se hanc aedificauit ciuitatem Hierusalem, Ecclesiam, ut in ipsa verus Deus adoraretur lumine fidei cognitus, cuius fundamentales lapides posuit SS. Apostolos, Episcopos & Sacerdotes: quia in ipsis, velut super lapides firmos ac solidos aedificium hoc voluit extollere praesantissimum. Magna profecto Rempublica adeo nobilis ut caelum appelleret, quia sicut caelum, in parte est superior mundi, & in loco stat eminentiori ut significat eminentem dignitatem, qua haec Rempublica ceteris eminebat, idcirco frequenter illam nuncupauit. *Regnum caelorum.*

Quia vero Rempublica ita recenter instituta, & super excellens nouis indiget & praesantioribus legibus, ideo Redemptor noster illas condidit adeo praesantissimas, ut omnes illae pertineant ad fidem diuinaeque Sacramenta: *Omnes baptizate eos in nomine Patris & filij, & Spiritus S.* Leges hae fidem tangunt mysterij SS. Trinitatis & Baptismi, per quem velut per portam vult ut omnes eius fideles hanc Rempublicam ingrediantur.

Ioan. 3. 5. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu S. non potest introire in regnum Dei.* O vere diuinae leges: licet enim populi veteris testamenti instituta fuerint adeo praecelara ut ipse Deo condita, eiusque manu in mysticis illis Moyse tabulis conscripta: nihilominus si nouis hisce conferantur de illis dicit: *Dedit eis praeccepta non bona:* tanta etenim est harum excellentia & perfectio: ut nulla ad eius possint attingere perfectionem: licet sint maxime praesantissimas, quales esse possunt ab ipso Deo constitutas.

Illis earumque obseruatione praecipit ut fideles veram exhibeant protestationem ac venerationem vero Deo, quia per ipsas altissima de ipso percipitur cognitio, ex qua ad eminentiorem tenemur venerationem: cumque suprema sit ea adtingimur eo quod omnium suprema sit ea cognitio quam nos fideles de Deo habemus: non dubie sequitur eligendos viros perfectione spectabiliores cultui eius ac venerationi dedicatos. Tales fuerunt Apostoli vitae meritis adeo insignes, ut eorum minima perfectio, si minimum quid esse possit in sanctitate Apostolorum, excusetur: maximam veterum Prophetarum perfectionem *Fundamentum eius in montibus sanctis: vbi ad litteram ut habet D. Aug. loquitur Vates Regius de Apostolis quibus successores assignauit Episcopos & Sacerdotes. Quos posuit Episcopos veteris Ecclesiae Dei: tanta potestate fulgentes, ut miribus suis aperiant claudantque caelum, animas lenent, remittantque seclera: Quorum remissionem peccata, remittuntur eis: quia potestate veteres non pollebant Sacerdotes. Sacerdotes eius iudicium saluari, velut vestiti salute spirituali esse debebant omnes illi virtute circumamicti eam alijs communicaturi. Cum ergo leges sint adeo praesantissimas, Sacerdotes tanta potestate insignes, procul dubio statuendum erat: sacrificium omnium dignissimum.*

Omnia sacrificia legis veteris ex animalibus constabant, quorum immolatione Deum venerabantur ut auctorem bonorum quibus gaudebant, & bene quidem: si namque praecipua bona, quibus Deus primario Patres antiquos cumulabat, quaeque illis promittebat fuerint terrena: si *volueritis, & auferetis me bona terra comedite.* Vnde ideo sacrificabant illi tantum animalia velut Notum fructus terrae. Porro oblationem a Christo nobis relictuam, quam Deo in Ecclesia sua postea immolamus conlocare, conuenire oportebat dignitate bonorum, quibus nos in illa aetate dignatus fuerat. Contulit nobis non bona tantum terrae, sed caeli immo & optimum quod in caelo erat, filium suum vnigenitum: *Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum vnigenitum daret:* cum bona ignota nobis a Deo concessa infinita dignitate superent ea quibus Patres veteris testamenti contenti fuerant, ratio exigebat, ut munera & oblationes quas in gratitudinis pignus illi dedicemus in sacrificium infinito vincerent illa, quae ipsi in suis consecraverunt: nec esse conueniebat fructus terrenos sed caelestes, nec ipso Deo filio eius vnigenito inferiores, quem nobis tradidit, & in

quem finem descendit de celo: & hoc ipse Christus expressit locutus de V. Sacramento, significans se nobis illud erogare, vt in illo haberemus quod Patri in verum offerremus sacrificium iuxta muneri qualitatem quod de ipso nobis contulerat, il um nobis exhibens hominem factum, dicens: *Hic est panis qui de celo descendit*; itaque quando accedit ipse seipsum oblaturus, foris exturbentur animalia sacrificijs destinata, vnde & illa eiecit: nam sicut veniente noua lege, cessat veteris, ita quoque accedente sacrificio Christi, ratio suadet, vt veteris cessent legis cuncta sacrificia.

VIII. Vnde eo instituto antiqua delerunt.

5 Vt autem indicaretur legem antiquam finem accepturam templum eiusque ceremonias per Christi sacrificium, decreuit vt ipso expirante velum templi à summo vsque deorsum dicitur

7 dicitur: *Eccc velum templi scissum est in duas partes à summo vsque deorsum*. Omittimus modo inquirere vtrum vnum fuerit velum, vel tria vt explicemus quodnam ex illis diruptum fuerit: cõ-

IX. Hoc significat veli scissio. Ezech. 26. 14. praeceptum datum Moyse, & quale textur Salomon *Eccc Salomon velum ex hyacintho, purpura, cocco, & hyssop*, & intertextur Chetiuum etc. Et licet nonnulli pendunt ex Iosepho velum hoc quatuor digitos habebat in crassitie, & cum tunica Christi textili: esset: *Desuper per totum & multo tenuior*, nihilominus ipsa non diuiditur in partes, velum autem diffunditur à summo vsque deorsum, in signum mysteriorum quod nunc expendimus ex D. Leone Papae tunica Christi in partes non diuiditur sed manet integra, vt significetur quod Reipublica seu Eccl.lesia quam fundabat, semper esset duratura, ideo non patitur vt in partes discedatur, quantumvis tenera sit, aut eam milites inter se diuidant, sed fortes super eam militauerunt, vt integra tradatur: velum autem templi quantumvis spissum decreuit vt totum scindatur à summo vsque deorsum: vt deus intelligi templum, leges & antiquas ceremonias morte Christi finem accepturas: vnde quam primum Christus spiritum suum emisit in partes velum hoc dissipata: *A summo vsque deorsum*.

X. Et Caiphas vestimenta sua dilacerata.

Instituit nouis Sacerdotibus antiquandum erat vetus illud Sacerdotium, vnde cum iam instaret horum consecratio Caiphas summus Pontifex propria dirumpit vestimenta Sacerdotalia: quia locum postmodum cedentem veteres Sacer-

dotes nouae legis Ecclesiae Sacerdotibus, illis finem accipientibus, & his in Ecclesiam multo dignioribus introductis. Cum igitur Ecclesiae datum esset nouum quoddam sacrificium vetera infinite superans, procul dubio hoc instituto illa temeranda erant: itaque in signum quod illi-cu suo sacrificio iam expirarent, de templo eliminat animalia veteris legis deputata sacrificijs: & vt opinor hac actione templum emundare voluit, vt sine vilo veteris sacrificij impedimento posset hoc offerri sacrificium, finem illis imponendo, quod eleganter expressit D. Tho. *Dat panis calicus figuris terminum*. Imo & hoc declarauit Propheta Malachias: vbi, sicut intelligo, loquitur de templo quod expurgaturus esset & mundaturus templum ab antiquis illis sacrificijs, lege, & ceremonijs. *Sedebit confans & emundans argentum, & expurgabit filios Leui*. Sedit in monte nouam progans, mulgans legem, & veterem emundans. *Confans, Malach. 3. 3.* Et emundans quantum ad legem antiquam, quam ab immunditijs expurgat quibus inquinabatur in ordine ad illa praecepta quae ex illa (in quantum ad praecepta legis naturalis quae continebat) erant remanentia. Illam Doctores illi iuxta fallas suas interpretationes multum corruperant, & sordibus inquinauerant. *Audistis quia dictum Matth. 5. est antiquus, diliges amicum tuum, & odis habebis inimicum tuum*. Remanere oportebat in lege noua gratiae praeceptum amoris proximi, cum autem hoc illi tot sordibus fallaciosa doctrina, foetassent, qua declarabant hoc intelligi debere de amore proximi sed amici, cum odio inimici, prodidit Christus & has expurgat sordes. *Ego autem dico vobis, diligitis inimicos vestros*. Sedit in nostra humanitate, in quantum homo factus est: *Verbum caro factum est*, atque in hac humanitate noua Reipublicae suae praeter plura, nlla tuta, ericiens & abolens quicquid in lege veteri profanum erat, finemque eius imponens ceremonijs. Cum igitur statuta Reipublicae suae noua sint & à seorsina ac sordibus legis antiquae emundata, omnem illam quantum ad ceremonias eius, rescidendo, indubie nouos institui necesse erat. Sa errores, veteres exterminando, templum ab illis eorumque sacrificijs emundando: *Purgabit filios Leui*. Cum enim illi oblaturi erant sacrificium infinite praestantius, sanctitas & munditia conueniebat illis multo perfectior. & sicut horum institutione veteres erant semouendi, ita similiter institutione noui huius ac diuini sacrificij antiqua illa terminatura templum ab illis expurgando,

A 2 2 dum

XI. Et Christus

Et Christus

Et Christus

Et Christus

Et Christus

Et Christus

Et Christus

Et Christus

Et Christus

Et Christus

Et Christus

Et Christus

Et Christus

Et Christus

Et Christus

Et Christus

Et Christus

tari congruas, quam ex peccato contraximus. eodem namque Sacramento, in quantum habet sacrificii: pro debitis nostris integre Deo satisfacimus.

IV. Multa Deo debemus.

Multa Deo debemus, tantumque debitum contraximus, vt in rota natura creata nihil sit quo possimus illi satisfacere: nemo quippe negat, quin nobis plurima dederit: esse nobis tribuit nos ex abyſſo nihili per creationem educens: dono nos iustitiae honorauit originalis, ad imaginem suam & similitudinem nos efformauit, hominem velut Dominum cunctis praeficit creaturis corporalibus, cum voluerit vt omnes illae illi deserviant, tradidit nobis diuinam suam legem, Sacramenta, gratiam, & diuinitatem, nobis vniuersum suum concessit filium humanam coniectum natura, quoniam suo speciebus panis ac vini, quo illum comederimus, nobisque incoorporare. O quam effusus nobis promulque exstitit Deus, quandoquidem igitur tanta nobis tribuerit, indubie, multum illi obstringimur, iam autem illum Deus nos tali coecheit conditione, vt quaequam nobis largitus est, velit iusta mercede saluamus, & nobis beneficia conferens, nos velut obstringit, vt dono aliquo, vel gratitudinis indicio illi satisfaciamus. Se Angelo demonstraui liberalem, donis illum naturalibus ac gratiae honorans: quia vero beneficio tanto ingratus non respondit, illi non leuiter indignatur. Nouem illi leprosi, quos Christus integre restituit salutem coram altero alicuique, qui solus inter omnes rediit beneficii memor gratias relaturus, nec vltus alius ex nouem illis huius recordatus est, asperam tolerantem reprehensionem, sicut de conuerso summam ille consecutus est laudem, qui inter reliquos debitum agnoscebat, quo ex recepto de manibus eius beneficio tenebatur. Porro si cuncta de manu Dei recepimus, quibus illi donis ex parte nostra possumus respondere? Id ipsum quod nobis tribuit vult vt illi reddamus in gratitudinis pignus, & obligationis nostrae recognitionem.

V. Quibus illi possumus satisfacere.

Profectus itur Iacob cui Deus affatim benedixerat in alimentis, gregibus, opibus, possessionibus, artibus secundissimis fructibus diversi generis abunantissimis, vtque se letatur ita cunctis dimisit, hoc primum agit, ad Deum se conuertit, votumque vovet: *De omnibus quae dederit mihi hostias pacificas offeram tibi.* Primitias bonorum omnium Deo consecrat in signum gratitudinis eorum quae ex liberali Dei dono imme-

Gen. 31.

rius acceperat: nos instruit, vt ex omnibus bonis, quibus nos Deus dignatus est honorare donarium ei dedicemus principale. O quantis nos Deus cumulauit bonis! O quantum illi debemus! bona natura nobis concessit eminentia, nos ad similitudinem ac imaginem suam creans, esse tribuit intellectuale, quo comparare sumus Angelis creaturis dignitatis vltimioris: in bonis autem gratiae non se minus ostendit liberalem, donis nos extollens supernaturalibus, & velut ceteris qui supereminens, filium suum dedit vniuersum: *Sic Deus dilexit mundum vt filium suum vniuersum daret*: illumque consignans vt nostrum in lubie cum illo nobis omnia largitus est: *Quomodo non cum illis omnia nobis donauit?* Porro muneris nostri est huic satisfacere obligationi secundum dignitatem eius infinitam, nec minus aliquid eo illi referendum, quod nobis erogauit: & cum filium suum nobis munus tradiderit, nostrum est eundem illi offerre in sacrificium, vt eum illi totum dare possimus ea plenitudine qua nobis illum consignauit: Eo animo nobiscum manet in SS. Sacramento: cum enim rationem includat sacrificij & oblationis quam Deo Patri offerimus, illo nihil minus dedicamus quam ipse nobis elargitus est.

Ioan. 3. 16

VI. Dono SS. Sacramenti.

Insuper nobis comparare decet vestem gratiae & gloriae, qua nostram operiamus nuditatem contractam per peccatum. Cum autem tanta premamur inopia, nec denarios habeamus quibus huic subueniamus extremae necessitati, aut diuinum hoc emamus nobis indumentum, supremam, non dubito, & non tolerandam exponimur confusionem: cum nobis illud desit quo compararemus illud quo maxime indigemus, ut que supra modum viget necessitas. Ad hoc vulturum Deus vt habeamus quo de acceptis donum retuleramus, vel si placet, de eo quod nobis dat in illa gratia quam nobis communit, nimirum nuditate in SS. Sacramento valoris infiniti: *Omne aurum in comparatione illius aena est exigua*: per illud utile respondamus, & prout iam subueniamus gratiae nobis necessitate: nec nos caelestes coemamus Dei cuiusque grane vestes: & ita per hoc omnibus modestum, illum nobis tradens: quatenus in ratione sacrificij illum Patri offeramus, & in qualitate Sacramenti nos nutriat. Et quamuis nobis proprium nullum sit patrimonium, quo illi dedicemus, quia *pauperes facti sumus nimis*, nihilominus omnibus hic succurrit necessitatibus illis: *Accipite & comedite.* Primo oblationibus illis

VII. Per hoc Sacramentum no- gitur te- gimus nuditate Sap. 7. 9

illum in cibum proponit: hoc enim rationem habet Sacramenti: Secundo quo media nobis suggerit quibus ab his eripiamur calamitatibus, idque ratione Sacrificij: *Hoc facite in meam commemorationem* q. d. *Hoc offerite*, illum nobis elargiens ut eum xterno Patri offeramus in detractionem eorum quæ Deo debemus, & solutionem quæ a nobis exposit. Itaque illud ipsum quod comedentes noster est cibus, illud offerentes, nostrum est etiam sacrificium dignaque Deo oblatio.

8: Quis forte obi ciat: quomodo Deo queam satisfacere eo ipso quod ipse est: extra et utro-
 nersiam est te non posse mercatori centum au-
 reis satisfacere, illi proprijs, sed ex tuis promenda est pecunia, qua creditori tuo perfecte solvas. Christus Dominus cuius est: Apostolum interroga: *Christus autem Dei*: cum igitur sit Dei Christus, & ipse sit, quem hic offerimus, an Deo pro debitis possumus satisfacere meritis huius sacrificij? Vtique: dum eum eodem illo supremo tradimus modo quo nobis traditus est in SS. Sacramento: quandoquidem

VIII. se nobis tradente in cibum, nihil sit alicui magis proprium ipso cibo quem sibi incorporat, idemque cum illo sit. Insuper in rebus quæ usu non consumuntur, dari potest earum usus sine dominio, & qui rei alicuius tantum habet usum habet, cum vii ea non sit eam consumere, dici non potest quod absolute sit eius ea utentis. Verumtamen in ijs quæ usu consumuntur, ut est cibus, absque dubio propria sunt utentis: quocirca qui nobis panem erogat ad manducandum, coustat quod eum ex toto tradat, reddatque perfecte nostrum. Vt igitur nobis conspicuum sit quam integre se nobis Christus consignet, se nobis in cibum porrigit, dicens: *Accipite & comedite* quatenus postmodum ut rem nobis propriam illum Patri in verum offeramus sacrificium: *Hoc facite in meam commemorationem* q. d. *Hoc offerite*. Hoc quod nobis proprium est, quia traditum est nobis sub specie panis ac cibi Christi, est illud sacrificium quod litamus atque in SS. Sacramento Patri dedicamus in debitorum nostrorum compensationem: hoc inquam, vult ut in verum sacrificium illi pro nobis offeratur, cum enim nobis sit ita proprium, licet illo nobis Deo satisfacere, quantum intelligo Da-

uid hoc præuidit, dum ait: *Hestiam & oblationem noluit. Corpus autem apertis mihi* q. d. Domine, iam flocci fecisti antiqua illa omnia sacrificia & holocaustum. Ad litteram loquitur de

Christo eiusque SS. corpore immolando: nimirum quam aptum hoc illi fecisset ut posset immolari. Et hæc præparatio apte potest intelligi de SS. Sacramento, cuius institutione Christus terminum finemque veteris legis sacrificij im-

posuit. Dei filius se Patri victimam obtulit, qui pro debitis nobis plurimis ei satisfacere: hoc in propria non poterat natura, ob rationes sæpe dictas, & sicut explicat Theologi: eo hoc corpus illi præparat in purissimis virginis interuentu: Mariæ visceribus operante Spiritu S. ut in illo posset pro nobis immolari. Et idem oportebat a nobis offerri sacrificium in solutionem debitorum hoc autem facere non poterat nisi is, cui proprius valde esset ipse Christus: idcirco Christus præparat ac disponit SS. suum corpus in SS. Sacramento sub specie cibi, ut ita unicuique reddatur proprium, & ita se præparat ut à singulis possit offerri: *Corpus apertis mihi* q. d. Domine, hoc tuum SS. corpus quod in celo exiens non poteramus offerre, quia illo modo nobis proprium non erat, & consequenter offerri non poterat in sacrificium: *Apertis* sub illis speciebus panis ac vini nobis in proprium cibum: ut ita tanquam nostrum possemus offerre: *Hoc facite, hoc offerite* q. d. si gratia sui vestra ita debita, accipite & soluite: cum enim infiniti sit valoris quod Patri reperimus in hoc sacrificio, per hoc debito perfectissime satisfacitis. Si ab illo multa postules, accipe & hoc illi offerenti enim valet, ut quanti quod de manibus eius accepisti, licet accedat minus hoc quod nobis contulit filium suum scilicet viscerum cum eundem ipsum hic illi offeramus nec quidem in se aut eo quod postulam. Hoc concessio cum se Christus hic ita nobis proprium reddiderit, licet ipse sit qui Patri offertur, & singulis appropriatur qui illum offerunt: habet tamen unusquisque in ipso, quo Deo satisfacere soluat, pro quibuscumque magnis beneficijs, quæ ab eius latere se recepisse man-

Heb. 10. 5.

8. 3. Sacri-

§. 3. Sacrificio Missa, in quo Patri filium suum mittimus unigenitum, Deo perfectius quam omnibus veteris legis sacrificijs satisfacimus.

¶ 9 Lcet verum fateat in lege veteri plura eaque vario fuisse genera sacrificiorum, quibus internam voluntatis lux voluntati Dni: & resignationem significarunt veteres illi Patres, Doctor tamen Angelicus ad ista reducit genera sacrificiorum. Vnum dicebatur holocaustum, quod Deo in honorem eius, & supremæ anchoritatis illius offerebant protestationem: hoc totum cremabatur: vnd: nominabatur holocaustum. Quasi totum incensum. Quo signabatur, quod sicut animal illud in eo sacrificatum, totum cremabatur, tota eius substantia in vapores resoluta, qui sursum in æra ferebantur: ita se homo totum, omniaque sua Deo consecrabit: ita vt perfecta resignatione se Deo submitteret iuxta debitam tantæ maiestati reuerentiam. Ahud Deo dedicabatur in purgationem peccatorum, & vocabatur *Vestima placabilis*: atque in hoc sacrificio totum quod in eo offerebatur non cremabatur, sed vna solummodo eius pars, alia vero cedeat in vsum Sacerdotis: quo datur intelligi, quod in statu poenitentium, ad quem hoc sacrificiū spectabat, remissionem peccatorū Deus ministerio Sacerdotum operaretur, & tantū incendebatur totum, quando sacrificiū hoc offerebatur pro vniuerso populo, vel pro peccatis ipsius Sacerdotis qui hoc offerebat, & in hoc consistebat vt nihil remaneret Sacerdoti ex illo quod pro peccatis eius offerebatur in signū quod in illis nec vestigium quidem vllum aut reliquæ remaneret peccatorum totū Deo offerendo sacrificiū. Vltimum dicebatur *Hostia pacifica*, quæ Deo dedicabatur in gratiarum actionem pro beneficijs à Deo receptis, nimirum pro valetudine, vel prosperitate eius pro quo sacrificiū immolabatur: & hoc sacrificiū, inquit D. Thom. *Conuenit status proficiendum in impletione mandatorum*: perfectus hoc erat proprium.

Ex hoc sacrificio tres fiebant partes: prima tota cremabatur in honorem Dei, secunda cedeat Sacerdoti & tertia ipsi pro quibus sacrificiū fiebat: quo designabatur, quod salus, prosperitas ac bonum spirituale hominum procedat à Deo per directionem suorum ministrorum dum homines dirigunt ad eius cognitio-

nem, eo sique ad eius reducunt obedientiam medijs operibus ab ipsis præstitis. Hoc igitur in illo significabatur, quod salutem illorum qui ad perfectionem tendunt & statum spiritualem, operetur Deus optima doctrina & directione suorum ministrorum: illa namque opera quæ faciunt velut absolute necessaria ijs qui saluantur, per doctrinam suam & exemplum dirigunt ad Deum, quatenus conditiones habeant necessarias quibus ad optatum finem perueniant. Ad tres has species reuocat D. Thom. totam illam varietatem sacrificiorum veteris legis in significationem eorum quæ per illa nobis declarantur. Porro Christi sacrificiū tanta fuit præstantia excellentia, quod solo illo declararetur & operatus sit quod illa vetera sacrificia, atque illo compleuerit quidquid per illa sacrificia Deus ab hominibus exigebat: ita mihi constat ex D. Paulor. *Vna oblatione consummauit satisfactor*: Cumque Missa sit representatio quedam illius supremi sacrificij: in illo Missæ sacrificio tradidit nobis Christus quod Deo possumus offerre pro omnibus ijs, pro quibus illa antiqui Patres offerebant.

Itaque Missa non est aliud quam quedam oblatio seu sacrificiū in quo Christum Dominum æterno Patri offerimus ad eius cultum & honorem, in quantum debitores sumus Missæ supremæ illi maiestati, a qua bona cuncta profluunt quibus gaudemus, in detractionem eius quod Deo debemus, & in satisfactionem peccatorum, quibus illum quotidie offendimus, in gratitudinem eorum quæ singulis momentis ab illo recipimus, atque in iustitiam eius quod ab ipso satagimus obtinere: nimirum salutē nostram per ministerium Sacerdotum intercedentibus, singulorum operibus: quod significatur in actionibus illis Sacerdotis in celebratione Missæ, vt infra laus dicendum: & videtur nomen hoc Missa nobis hoc intimare. Innocentius Tertius Pontifex dicit Missam dici *Ab emittendo*: quia ad significationem supremæ excellentiæ huius tanti sacrificij, in primitiua Ecclesia non nisi fideles adesse permittiebantur, qui lumine fidei illustrati subtilissimam habebant cognitionem veri Dei: qua propter dum Sacerdos in Missa accederet ad consecrationem SS. Sacramenti, foras inebant secedere Catechumenes, dumque lectum esset Euangeliū in Missa, alta voce intonabat Diaconus: *Si quis Catechumenus adest, exeat foras*. Etenim videre Christum in hoc mysterio non nisi baptismatis con-

II. Christi sacrificiū pro his omnibus satisfacit Hebr. 10. 14.

III. Quid sit Missa.

IV. Vnde dicitur. Primò

cedat

cedebatur, non illis qui tales non sunt, cuius imagine referunt increduli illi, de quibus ait *IOAN. 2. 24* D. Ioan. *Iesus non se credebat illis*, Ecclesia non fuit hoc quod de Deo pretendit per hoc dignum sacrificium obtinere, salutem nempe fidelium iustorum: sed etiam illis, qui post legem gratia ingressi sunt per portam Baptismi in Ecclesiam patet porta calorum: quocirca alienigenae qui Deum per fidem non cognoscunt, secedant foras: quia significantes tales clarum Dei visum in statu beatitudinis non consequuntur: etenim gloria huius divini sacrificij hinc in tantum solis servatur fidelibus: unde quando celebratur, illi foras eliminantur qui tales non sunt. Ad esum Agni Paschalis antiqui non admittebantur alienigenae, nisi tantum cuiusque domus domestici, vel ratione familiae, vel vicinitatis: figuram hic agnosco in manducatione SS. Sacramenti, cuiusque celebrationi assistentia ut nimirum a loco sancto areantur, ubi fideles consecrantur, qui sunt alienigenae S. Ecclesiae: quia ad illos haec non spectant, sed ad fideles solummodo: atque illis competit mysterij adeo sublimis dignique celebratio.

V. Secundo.

Similiter Missa dicitur à *Dimittendo*, id procedentibus conformiter: quo namque tempore efferebatur hoc sacrificium, ut proprium est fidelibus, iuxta id ad quod nobis hoc Christus concessit, ut illud nobis appropriaremus, sub specie cibi, tantum permittebantur ei assistere fideles, ceteris dimissis. Praeterea vocatur Missa à *Dimittendo*: quia dum in primitiva Ecclesia terminabatur, fideles ad sua negotia dimittebantur: unde sub finem intonabat Diaconus: *Ita Missa est*. q. d. Liberum est cuique iam discedere: ita suffragatur Concilium Autelianum quod citat Innocent: *Non ante discedat populus, quam Missa solemnitus compleatur*. Quinimo D. Chrylostomus idem confirmat: *Ingressus es Ecclesiam, & homo, ne exeat, nisi dimissarius: nam si ante dimissionem exierit, ut fugitivus a prebendera*.

D. Chr. Hom. de Ecclesiast. & Ecclesiastica myste. riji.

VI. Tertiò.

Hoc itaque nobis hic declaratur, quod in primitiva Ecclesia, nemini ante finem Missae licitam fuerit exire: & ita Missa dicitur à *dimittendo*: quia est quaedam oblatio & sacrificium quod Deo mittimus in debitorum solutionem. Quam significationem sequitur D. Thom. & communiter ceteri DD., potissimum neoterici hunc articulum prosecuti contra novatores haereticos, & nominatim Raulinus: etenim in Deuterion. invenio verbum *Missum* in Hebraeo, id est

oblatione spontanea & divino grati conspectu: nam ut talem emittimus & offerimus in nostrorum scelerum satisfactionem: quia vere tanta est dignitas ac valoris, nec non Deo summe grata. acceptat illam & in satisfactionem admittit.

Magister sententiarum sentit Missam vocari VII. eo quod Deus Angelos suos de caelo mittit ut eam divino praesentarent conspectui, iuxta illud quod in Canone Missae legitur: *Iohannes perferri per manus sancti Angeli tui, in sublimi Altare tuum: etenim quia Deus Angelum suum de caelorum miris sublimi Missa dicitur à emittendo: quasi declarando tale hoc esse sacrificium, ut quatenus divinae Maiestati offeratur, non inferior sit Angelo de caelo dimisso, qui illud offerat, tanquam ad hoc delicias ut minister Dei. Vel si placet, Sacerdos illud offerat: est Angelus quem destinat, secundum quod virtus, qua pollet ad huius adeo sublimis sacrificij oblationem, ex Deo procedat: etenim illam habet Sacerdos velut à caelo dimissam, ad eius celebrationem & oblationem coram divina Maiestate. Porro si Hugoni credamus, cui sub prescribit D. Thom. in praefato sensu, Missa hoc nomen oblatio & sacrificium divino obtinui peragitur, quod nos medio Sacerdote illi mittimus, in quo offeritur corpus & sanguis Christi Domini: & ita quia in Missa Christum aeterno Patri mittimus, nomen hoc sortitur. Circa quae fulvius sunt Theologi.*

Et ni fallar eleganter nomen hoc contentum illi Christi Domini, in eo quod sibi ipsi asserunt in illo fonte Siloe, in quo velut in figura sua expressum: am ut proprie declararetur in eodem finem Christus missus esse in mundum, D. Hieronymus agens de fonte mystico, alimpt: *Quid interpretatur Missus? Quia proposuit declarare Christum fonte illo designari, de quo sentit D. Epiphanius. Cum enim videret Hieronimus ad summas esse reducta angustias sub Ecclesiae Regi-pissimo, miseris eius Vates sauis, copiosaque tanta subvenire calamitati, ferocibus apud Deum institit precibus pro eiusdem liberatione: vota precelque Prophetae admodum Deus, leantente cepit fons hic altissimo silentio, & quasi de caelo missus habebatur curam dei languenti remedium opportunum: qua de causa nomen traxit ut diceretur *Fons Missus Siloe*. Et quali convenienter illi quod Christus erat à Patre aeterno missus ad mundi salutem, et occasionem qua strictus multo premebatur, eo quod*

diabolus eum quasi seruum habebat: & tyranni
ce fustigabat, proprium eius illi imponit nomen
Missus, ipsumque nobis dedit alio admodum si-
lentio: ea namque nocte qua natus est in mun-
do, cuius natiuitate nobis fuit datus, omnia summo
videbantur silentio consepulta: Cum medium
fluentium tenerent omnia. Quo capionis quam
congrue Christus fonti illi mystico respondeat:
& cum idem ipse Patri caelesti in hoc offeratur
sacrificio: conuenientissime nomen eius propriu
illi tribuitur oblatio missa Patri in satisfactio-
nem debitorum, quibus illi obstringimur: qua de
causa vocatur missa. sicut etiam dicitur missus
fons ille miraculosus.

§. 1. Cum Missa sacrificium sit ipsa puri-
tas & mundities, vult Deus vt tem-
plum in quo offertur sit mundum &
ipsi conueniat quod Christus declarat
dum templum expurgat eiectis foras
animalibus.

¶ 11. Semper Deus procectatus est quam sibi gra-
tiam esset, dum ab hominibus colitur vt
Dominus absolutus, domum eius propria
adorando, scilicet templum in qua vt ea fulge-
ret mundities conformiter illi, quam sua erat
habitura, voluit Christus exturbare de templo
animalia venum adducta, & sacrificijs apta, quae
in ipso Iudaei immolabant: vt ita perfecte ab
omnibus illis expurgaretur, quae poterant illum
offendere, & ita emundato, templi mundities
proprie suae conueniret. Ponamus hypothesin
quod templum velut propria Deo domus, sit in
qua mandabat sibi sacrificia offerri, & petissi-
mum praescripsit, vt in eo Sacro S. Missae sacrifi-
cium celebraretur: vt templi puritas puritati res-
ponderet tantum sacrificij: idcirco ab omnibus
illud emundat quod illud impedire poterat: qua
de causa foras exturbat animalia: ne quid in illo
esset puritati huius diuini sacrificij tepugnans.
Itaque Christus de templo eiiciens animalia,
haec se declarat templum Ecclesiae suae S. fu-
turum in quo, ob puritatem & munditiam qua
relecebat, propter sanctificationem quam desig-
nabat in eo requiri, foras exturbans omnia ani-
malia, in quo, inquam, offerendum erat sacrifi-
cium diuini oculis gratissimum, Missae scilicet
sacrificium: talis namque oblatio talem mun-
ditiam postulat & sanctificationem.

Moderni nostri haeretici templa evertunt:
centent enim superfluum eorum edificatio-
nem, sicut quem intendunt Catholici, & obser-
uant, mentientes in omni loco offerri posse Deo
sacrificium, sicut & in omni loco illi a nobis
defertur oratio, iuxta hanc Davidis instructio-
nem: *Benedic anima mea Domino, in omni loco
dominationis eius.* Quorum fundamenta (si talia
dici possint, ex quibus reprobus ille populus au-
sim sumit delirandi) proponit, & confutat Fr. 12 4. d. 13.
Dominicus Soto vt litteris optime imbuit. q. 2. ar. 3.
Porto blasphemiam sapit haereticam, quae eo
ipso destruit quod semper Deus spectauit, vt Ratio
propria haberet domum in qua cultu posset suadet
honorari omnino singulari, vtique cum illo om-
nia nostra ageremus negotia: si namque in ci-
uitatibus ad negotia mercaturae deputatae sint basi-
lica ad quas infestiores concurrunt velut ad lo-
cium ad hanc deputatum: nunquid ratio suadet
multo iustior loca designati in quibus cum Deo
agamus: haec autem sunt templa, ad quae cuncti
conueniunt, vt suas Deo petitiones exponant
*Dominus in templo sancto suo, Dominus in caelo se-
des eius:* q. d. Propheta: sicut caelum locus est in
quo Deus se Dominum ostendit gloriae, in illo
velut in propria domo moratus, illum beatus
communicans, ita etiam templum locum esse
confitemur, in quo velut in proprio palatio &
domo magnitudinis suae, se Deus testatur Do-
minum esse gratiae, illam iustis in templo con-
 tet quod totus Christus reuelatur, & quæ dum
 Sacerdos induit Christus totus in illo induit.
 Hæc nos ratio compellit vt illum summa colu-
 mus veneratione: quandoquidem hanc illi de-
 beamus, quia in illo Christus induitur. Multæ
 sunt rationes ob quas licet illum possemus vt
 nobis æqualem agnosceret: tamen quia in illo
 Christus induit, summa illi velut nostro superi-
 ori debetur reuerentia.

§. 12. *In vestibus Sacerdotis instrumenta*
perpende passionis Christi, vt ex sin-
gulis id colligas quod significant tibi in
commodum.

Duo principaliter inter alia docet D. Tho-
 mas declarari in Sacrificio Missæ. Primum
 est representatio Domini & Passionis eius.
 Secundum participatio fructuum illius sacra-
 menti quod per SS. Sacramentum, quod con-
 cratur & offertur, participes in eo sumus. Mis-
 sæ enim passio. Ad huius veteris argumentum
 videtur Ecclesia oratione Domini læsceta, dicitur
 conu-

enim: Quosies huius hostia commemoratio celebratur, opus nostrae redemptionis exerceatur: Ex quo S. Doctor hanc elicit conclusionem: Effectum quem Passio Christi fecit in mundo, hoc Sacramentum facit in homine. Itaque praeter representationem quae fit passionis in Missa, participes sumus in ea fructuum passionis, secundum totum illud quod in Missa atque in eius celebratione videmus concurrere: ita ut ex omnibus trahere possimus commodum atque in nostris augmentis cognoscere fructum dominicae Passionis. In illa diversa concurrunt instrumenta quae nebulonum horum diabolica inuenit malitia, quibus atrocius Christum cruciarent & in quantum hoc Sacrosanctum Missae sacrificium est passionis illius commemoratio, in illo considerare licet representata eius instrumenta in vestibus Sacerdotis Missam celebrantis, ex quibus fructum haurire possumus, si gulas eorum virtuti applicantes quam possint representare ad maiorem nostrum profectum.

II. In vestibus virtutum. Ut enim in Ecclesia est auctoritas ad Sacramentum haec instrumenta ad Missam celebrationem, quae quidquid agit eo collinat ut filij sui fideles utilitatem percipiant copiosiore: no dubio quin illa instrumenta, intendat ut ex illis profectum capiamus virtutum quas nobis representat. Ita docuit Ivo Carnutensis, qui delictibus institutionem vestium Sacerdotis per Christum & Ecclesiae traditionem, non tantum ad eius ornatum, sed etiam in signum virtutum quas nobis manifestant, ut ex illis fructum quem intendit acquiramus, sic ait: Sunt enim haec ornamenta virtutum insignia, quibus tanquam scripturis bibliae, videntes admonentur, quid debeant appetere, quid vitare. Quod confirmat S. Pontificex Innocentius 3. instruens enim Sacerdotem de debita preparatione ad hoc sacrificium, ita loquitur: Attendat ergo Sacerdos ut signum sine significato non deserat, & vestem sine virtute non portet.

In ca. 44. Quinimo D. Hierony. hoc idem nobis insinuat, dicens ex vestibus his sacris admoneri Sacerdotem ad quid teneatur: Debere Sacerdotes mundi conscientiam, & virtutum vestibus ornata Domini Sacramenta tractare.

illi multiplicant, interrogantes: Prophetica quis est qui se percussit? Quia vero Propheta Dei securitatem & certitudinem eius quod praedicebant, fundabant in fide quod Deus esset, qui illis hoc revelabat ut dicerent populumque ex parte eius docerent: pariter in spe certa qua nitebantur quod Deus impleteret quidquid verbis ad illos habitis promiserat: ideo similiter in Amictu denotato per velum illud quod Iudaei elegerunt declaratum (licet irrisorie) dentum Prophetae in Christo Domino, fidei virtus nobis reuelatur quae submitit & tegit tepur, quod locus est in quo velut in propria sede rehdet intellectus, ad obedientiam propositionis Ecclesiae in ordine ad mysteria, quae Deus per Prophetas suos eamque nobis manifestat: sed potissimum quoad mysterium SS. Sacramenti quod in Missa confecturatur & offertur. Cuius figuram expressit Agnus ille mysticus quem Deus a filijs Israel manducari iussit tenebris lumen candela in manibus: quo significaretur quod fideles manducaturi Agnum Christu Dominum in mensa Altaris Sacramentum habere oporteat lumen non naturale rationis sed noctis & candelabrum fidei, ad cuius declarationem Christus Dominus coenae legali Agni coniunxit coenam SS. Sacramenti: quia sicut in illa lux non splendebat naturalis solis sed candela: ita similiter in coena Evangelica Agni Sacramenti Christi non patiebatur lumen adesse naturale sed supernaturale candelabrum auri fidei. Cui benefacium attendentes quasi lucerna in caliginoso loco: ita D. Petrus loquitur de fide qua accedendum est ad supremi huius mysterij celebrationem. Et cum hoc sacrificium vera futura esset representatio illius quod Christus Dominus Patri in ara Crucis obtulit: ut significaretur quater in illo lucere non deberet lumen naturale sed supernaturale fidei: ideo no permittit ut dum moriendo hoc in se ipso offert sacrificium in ara Crucis, lumen splendat naturale solis, sed patitur eclipsin & caligine obvoluatur totus mundus. Tenebra facta sunt super universam terram. Tamen praecipit ut in eo lumen oriatur fidei supernaturalis, & hoc Amictus indicat. Pariter spem notat certam qua par est ut accedat Sacerdos hoc Deo sacrificium confecturus, qua sibi persuadet a Deo concedendum portum salutis nostrae securissimum, in quem finem ordinat Ecclesia ut dicat dum illum assumit: Impone Domine capiti meo galeam salutis: quae verba sumpsit ex Apostol. Paulo. Induit loricae fidei & charitatis, & ga. 1. Thessal. 5. 8.

Exo. 11.

2. Pet. 1.

Matt. 27.

45.

1. Thessal. 5. 8.



35
IV.
In Alba
Herodis
vestis &
Christi
benigni-
tas.

leam spem saluis.
Alba vestem illam præfert candidam & irri-
soriâ qua Christum Herodes induit ad graui-
orem Diuinæ Personæ illius explosionem, in qua
tamen tantam ostendit benignitatem & mansue-
tudinem vt cum esset Princeps & heres æterni-
tatis, licet in viruperium principatus sui se hac
illusum & indutum videret, non tamen labia
sua spernerit, sed non tolerandam hanc igno-
miniam iniecta sustinuerit mansuetudine: vt an-
tem Ecclesia hanc Sacerdoti proponat velut hu-
ius sacrificij ministro, decernit vt hanc ipse in-
duat, quatenus in illa velut in speculo lucidissi-
mo benignitatem attendat, quam erga omnes

Matt. 5.
23.

hoc, quod celebrat, postulat ministerium: *Si offert*
munus tuum ad Altare & ibi recordatus fueris,
quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relin-
que ibi munus tuum & vade reconciliare fratri
tuo. Postulat huius sacrificij Sanctitas in ministro
suo sublimem benignitatis gradum: vnde Sa-
cerdos illud offerens tanta oportet vt vigeat,
vt etiam dum illud offert cor illius non sustineat
vel minimam obdurationem erga fratrem suum:
quocirca necesse est vt aut illius oblationem cum
illo reuertatur in gratiam quem quocumque
modo offenderit: vt amaritudo quam in ipso po-
test offensâ prouocare, debitam non impediât
benignitatem. Exemplo nobis seruit Christus: se-
tenim priusquam illud in ara crucis offerret, ad
Patrem suum æternum se conuertit & veniam
poscit pro illis à quibus iam mortis sustinebat
supplicium & vitæ dispensium. *Patris dimitte (Al-*
bi: nō enim sciunt quid faciunt. De capite ad pe-
des vsque vult vt vestitus sit benignitate prout
Alba vestis candida illam significat, Sacerdotem
ad pedes vsque contendo. Similiter in ea sig-
nificatur perseverantia, quam ad finem vsque
vitæ suæ seruare tenetur Sacerdos in virtute be-
nignitatis atque omnium virtutum profectu,
semper in corde omnimodam conseruans: puri-
tatem: nam quemadmodum Alba totum vestit
Sacerdotem, ita totus ille quasi puritate con-
scientiæ vestiatur: hoc enim eam induens à Deo
postulat. *Dealba me Domine & munda cor meum.*

Mat. 23.

Cingulum quo Albam succingit flagra signi-
ficat quæ totum Christi corpus circumdece-
derunt: cum nullam in eo partem omiserint, quam
flagelli non dilacerarunt. Vel vt alij volunt for-
titudinem significat qua Christus quasi confortatus
fuit, quo tam grauiâ sustineret tormenta
tamque excessuum tolleraret flagrorum nume-
rum quibus totum corpus eius quasi circūde-

V.
Cingulū
flagra re-
presen-
tiæ &
Christi
glorificat.

derunt: atque in eo nobis patet præferri
modestia ac dispositio seruanda Sacerdotibus
ad mensam Altaris accessurus, vbi Diuinum hoc
litamus Sacrificium: itaque sicut Cingulum Al-
bam contingit circa lumbos, ita propter virtu-
tem modestiæ & castitatis qua cinguntur & re-
primuntur casus nostræ ac sanguinis passionis,
sicut oportet præcinctus Sacerdos: Et hoc ipsum
sibi dari à Deo, dum præcingitur, deprecatur.
Præcinge me Domine cingulo puritatis & castitatis
in lumbis meis humorem libidinis. Quod ita decla-
rat Pontifex Innocentius. *Circa lumbos debet ac-*
cingi vt restringat concupiscentiam, iuxta id quod
veritas ait: sicut lumbi vestri præcincti. Sacrificium
est summæ puritatis: & ita in offerente maxi-
mam requirit castitatem: ita vt quasi totus sit
hac virtute circumcinctus, vt dignus sit ministrare
illius sacrificij tantam requiritis munditiem.

Manipulus funes denotat quibus inhumana
crudelitate manus Christi Sanctissimas collige-
runt: nec non promptitudinem qua illas exci-
dit voluntati Patris sui factus obediens: & quia huius
potest & debet mouere nos manipulus ad lætandum
& inensum cordis dolorem, in illo decla-
ratur quantum esse debeat quo contriti accoli-
mus Diuinum hoc oblatum sacrificium: nec co-
num quidquam magis illi conueniens est quam de po-
vera penitentia ac dolor de peccatis quem Sa-
cerdos celebraturus tenetur excitare: & hoc sig-
nificat manipulus prout verba nobis infirmat
dum illum brachio appendimus. *Merita Domi-*
ne portare manipulum sicut & doloris. Et necesse
contradicit quia peccata nolle ad hunc nos
compellant dolorem: quandoguidem pro illis
tanta Christus tormenta sustinuerit: & vt in la-
crymis ex hoc dolore productis, habeamus
quibus illa emundemus: idcirco Sacerdos tæ-
ditur manipulus quem ferat quo declascent
ipsi in illo lacrymæ doloris quibus ad sacrificium
accedat: qua de causa manipulus dicitur sicut
& doloris, quod amplius exponitur per illud
quod refert V. Beda de S. Arsenio, eum ob
miam in lacrymarum copiam quam celebrans ei
fundebar, necessarium fuit semper de ferre lectum
sudarium abstergendis lacrymis, & hoc sudarium
significat Manipulus, qui quia suppremit
dolorem quem illa declarabat, manipulus ap-
pellatur doloris. Et deservit in brachio firmus, ut
ne dextrum impediatur ad reliquas actiones
quas Missa requirit sacrificium: hanc doctrinam
profert Stephanus Eduen: *Mappula qua firmat*
siccari scilicet oculorum, exciuit nos ad vigilas

Stola: & cum manus sinistra semper denotat vitam hanc temporalem eique convenientiam, idcirco ut indicetur nobis dolor quo conteri nos oportet ob amorem ad illa nimis excessivum, ut debite hoc celeberrimum sacrificium, idcirco nobis ferendum præcipitur manipulus: est enim in manu sinistra velut doloris illius argumentum.

VII. Stola resem denotat quem collo Saluatoris iniecerunt, guttur illius sanctissimum præfocantes, illum hoc modo tanta itaheotes violentia iniecerunt milites eaque immanitate & tyrannide quam & Christi in animis adeo peruersis quis suspicari potest.

Et quia in hac Christi patientia patet voluntatis illius promptissimo obediendi Patri in omnibus suis cruciatibus: idcirco dicitur Abbas Rupertus & Papa Innoc. 3. Stolam significare Christi obedientiam in ferendo tanta patientia mortem crucis ignominiosam: & in quantum per obedientiam Christi reducendus est homo ad statum illum quem propria perdidit inobedientia: Ideo in Stola representatur obedientia, qua feruare tenetur legem Diuinam, naturalem, & positivam, omnes suas illi conformans actiones, ex cuius obseruantia partem eius recuperabit rectitudinis, quam possedit per obedientiam, qua ratio in omnibus subiecta fuit immediate Deo, & ceteræ omnes potentia inferiores rationi: quocirca dum illam Sacerdos assumit, sic orat: *Redde mihi Domine Stolum immortalitatis, quam perdidisti in prevaricatione primi parentis.* Et quemadmodum Christus Dominus obedientia sua ac patientia poenit & iugo legis grauitatem abstulit & duntaxat qua premebant nos ab illis absoluit: ita unice hominibus est iugum legis eius suauissimum: unde stola suavis & nullatenus grauis que Sacerdotis collo imponitur denotat iugum suauis legis Dei, cui se debet conformare in operibus suis, verbis & cogitationibus.

VIII. Vltimo Casula significat tunicam Christi Saluatoris: nam sicut Christus cruci ihxuri tam illi perdidit Ministri euulserunt, ita similiter sacerdos huius Diuini & inuenti Sacrificij Minister brachia sua extendit extra Casulam per hoc denotans qualiter tunica illa inconfutis Christum denotant, sicut notat Hugo de S. Viatore, & patet adhuc in quibusdam figuris antiquis Casularum: ut videre est in Casula quam feruat Conuentu noster FF. Prædicatorum S. Lucie Alicantensis velut pretiosissimas reliquias Angeli illius Incarnati que vidit D. Ioa. in Apoc. voluntem per medium cæli vocem magna clamantem, cuiusque homines adiuuentem ut se ad

ultimum Iudicij diem præpararent, gloriosum IX. sc. Patrem nostrum Dni. Vincenzium Ferraricum semperant inquam illæ quali grande caputium, olim fuerat totum contegebant Sacerdotem: unde ut rini casulae.

Sacerdos illam representet actionem qua Christus Iudæi iam Crucifigendum tunica denudantur inconfutis: foras exerit brachia sua dum illa extendit, in signum quod Casula illa Tunicam præferat inconfutilem. Et meâ quidem sententia hæc fuit illius figuræ ratio: significat enim caputium magnum illud quod Christo impositum fuerat ducentes eum ut Crucifigeretur, iuxta visitatum morem quo malefactores interficiendos caputium magno valde totos operiebant, & capillamentum quo faciem obtegebant, per quod indicabant quod homo ille tantum delicti reus, quo mortem merebatur, non mereretur faciem habere apertam qua quempiam conspiceret sed nec ab vno in hominis figura conspiceretur: unde illo caputium totos cooperiebant. Et firmiter mihi persuadere quod caputium Christo impositum jam crucifigendo, simitum quando in ara Crucis eruenti ac sanguinei Sacrificij Missam celebrant, sit illud quod Casula representat qua Sacerdos indutus accedit ad incrementum Altaris sacrificium: & hæc causa fuit cur olim in Ecclesia factæ sint Casule per modum magni caputij, quod totum tegetet Sacerdotem, ut notat Hugo: acque in illa nobis perfecta proponitur charitas & amor Dei, nobis necessarius utpote huius amoris Sacrificij ministris: etenim ita feruientes in amore Dei nos esse conuenit, ut nulla in nobis hominis pars videatur, Deus etenim Sacerdotes suos desiderat totos charitate cooperiri: & cum amor nos in illum transformet, nos vult omnino in Deum transformatos: ita ut in nobis nulli detegantur affectus hominis, nulla verba, cogitationes nullæ hominisque actiones: sed quidquid in nobis fuerit personam referat Deificam.

Quæcumque hæc diximus de vellibus Sacerdotalibus, ut opinor hæc omnia prius nobis exposuit D. Paulus. *Induite vos viscera misericordie, opto videre vos vestitos visceribus misericordie, ut sitis velut prototypum Dei, qui Induetur cum sit misericors, nobis ut talem se manifestat: nos oportet modo ut à capite vsque ad pedes induti sitis totum misericordia, & hoc nobis indicatur in Amictu & Alba, modestiam, in Cingulo, in Manipulo, & Stola, Patientiam. Porro super omnia institute charitatem: Super omnia autem Charitatem habete: hæc enim casula denotat. Hæc igitur sunt*

L e a Myl

X. Nota de Caputio Christi.

Mysteria, suntque hæc virtutes quas Sacra hæc præfigurant indumenta, in quorum meditatione mentem te, Missam audiendo competit occupare, omnique studio ablaborare ut in te virtutes illæ his congruè resplendant: si namque hoc ageres, experientia in te ipso disceres profectum non exiguum ex Divino hoc Sacrificio promanare. Patuit hoc in Seraphico Theologo S. Bonaventura, quem vtili hæc meditatione tempore Sacri dissentum confexit amicus illi integerrimus D. Thomas Aquinas luce celesti circumfusum. Et si fidem historiarum eius attribuimus, ab hoc die consecutus est à Deo ex singulari gratiæ illius privilegio, scientiam insulam omnis veritatis statum suum concernentis.

S. 13. Conveniens fuit quo fidelium pietas moneretur, nonnullas huic Sacrificio adiungere piæ ceremonias, quæ dignitatem illius quoad venerationem cultumque extollerent.

S. Apud diximus Missæ Sacrificium finem imposuisse antiquis illis veteris Legis, vtpote huius figuris, Sacrificijs: ut autem in omnibus illa huic convenirent præscripsit Deus ut particularibus quibusdam offerrentur ceremonijs, quæ pietatem accenderent: quatenus in illis eam cognosceremus, quæ par est ut ad Missam accedamus secundum maiorem huius, respectu illorum excellentiam: ut autem in hoc affectus inardesceret ferventiores, decrevit Ecclesia, docente eam Spiritu S. ut particularibus quibusdam veterem ceremonijs, quibus efficacius fideles in celebratione Missæ ad devotionem excitarentur. Hoc auctoritas nobis asserit Sacrosancti Concilij Tridentini, à Christo sc. Ecclesiæ datam potestatem, mutandi & adiungendi Sacramentis (salva tamen eorum substantia & essentia) illud quod ad eorum venerationem iudicaret expedire. *Dei esse Christum Ecclesiæ potestatem, ut in Sacramentorum dispensatione, salva illorum substantia, ea statueret vel mutaret, quæ suspensum utilitati, vel ipsorum venerationi magis expedire iudicaret.* Et quamvis verum sit quod Christus non instituerit huius Sacrificij celebrationem illis ceremonijs quibus modo peragitur immedie per se ipsum, tamen ut certum habere nos oportet, quod Apost. concesserit auctoritatem, quinimo præcepto vniuersali obstrinxerit, vt ordinarent & totum illud stantent, quod

maxime conveniret huic celebrationi vniuersæ mysterij: quanto magis pie credendum Christianum specialiter inspiratione Spiritus S. docuit. *Apoll. quidquid ad ritum spectaret & venerationem huius sacrificij: & omnia hæc sunt orationes in celebratione Missæ: quandoquidem omnia hæc eo collimant vt maiori decentia, reuerentia, cultuque celebretur, modo tamen per aliquod illorum non mutetur substantia huius Sacrificij: quandoquidem saluâ illâ quam Christus in eius institutione seruauit, nos item celebremus, quod ipse æterno Patri suo obtulit: postquam cum hæc ceremonia, verba, preces & psalmi extendant vt fidelium animi ad feruentiores Dei laudes auerantur: & cum hoc sacrificium, sit Sacrificium laudis & gratiarum actionis. Optime proposito seruiunt quæcumque in eo superadduntur quo maiores Deo referantur gratiæ ob tanti beneficii dignitatem, quo nos in illo cumulat, in quem finem hæc omnia instituta Ecclesiæ quæ in eius celebratione fieri mandant. Pariter eum sit Sacrificium Imperatorij conuenienter in eo sunt orationes, non tantum pro illud offerentibus, sed etiam pro reliquis Christi fidelibus, vt vniuersa in defunctis quo declaratur eius imperatorij efficacia: quæ omnibus prodesset. Et in quantum hoc Sacrificium mysterium fidei est principale, quoque illo titulo magnificatur, propter SS. Sacramentum quod in illo offertur, illi optime quaerat in eius celebratione exterior fidei protectio, quam in illa facimus per symbolum quod alta voce decantatur.*

Addit his præterea omnes has orationes, ceremonias & postulationes seruire utilitati beneuolæ vniuersali Ecclesiæ sunt eadem quæ Apostoli nos docuerunt, vt à Deo consequamur quod illi indicauerunt salutis nostræ maxime conueniente: cui insistentes intentionem summi Pontificis & Concilia ritum nobis tradiderunt modumque tradidi in hoc Sacrificio oblectandum: vt clarissime patet ex illo Apostoli: *Obsecra primam, & omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, & gratiarum actiones pro omnibus.* Quas declarauit D. Aug. fuisse illas quibus Sacerdos vitur in D. Act. Missæ sacrificio: *Tunc enim Accipiet vobis ad hoc uocatis susceptis suis per manus impositionem missæ, altissimi recordissima offerunt pietatis.* Idem Confirmat D. Chryllo. locutus de officio Sacerdotis in Missa. *Quasi communis quidam solius orbis Pater, Sacerdos est: dignum igitur est vt omnium curam agat omnibusque prequidens sicut & Deus cuius nuntius*

i. Ratio in
stituendi
ceremo-
nias in
Missæ.

Sessio. 21.
6. 2.

V. Errot
Luthe
refuta
contra
errem
pia

V. Stim
do.

Ej.
Ican.
Synac

via seruitur fingitur vice, ad ius: obsecro igitur
Eccl. Et infra clarus idem exponit dicens: Hoc
esse faciendum in obsequio quotidiano, perpetuaque
Divina religionis ritu.

IV.
Error
Lutheri
refutatur
contra
ceremo-
nias

Hic concessis eu deuter parer quam insulsi
error sic sacrilegi Lutheri eiusque sequacium
effucianum superfluas esse in Missa cere-
monias & orationes que verbis super adduntur qui-
bus Christus vltus est in consecratione Sacrificij
quod offertur: & quod velut tales omnino abo-
lenda sint, vt abusus introductus in Ecclesiam
falsa superstitionis: error hic est manifestus:
quandocumque ex predictis constat omnes il-
las doctrinas conuenire Apostolicas, illasque eas
instituisse per Christum mediante Spiritu S. in-
spiratione, nam quidam has, alij alias institue-
runt ceremonias, vt his populum ad maiorem
excitarent venerationem; nonnulli quasdam ad-
didit orationes & alij alias, quibus in illo erga
Sacrosanctum hoc Sacrificium affectus exci-
tarent pietatis ardentiores. Vt enim homo cor-
poris est & per sensus corporis spiritum exci-
tat ad affectum erga spiritualia, indiget ad Spi-
ritus illius pietatem promouendam Sacrificij
Missæ nonnullis ceremonijs corporalibus, vt per
eas interius prouocetur ad reuerentiam; iuxta
actus illos exteriores qui in celebratione Missæ
interueniunt, manente semper salua ipsa Missæ
substantia, & vna eademque semper existente,
quæcumque licet ceremonias superaddantur.
Cape similitudinem si sportulam capias fructi-
bus refertam, sub quibus rose lateant, sed su-
perius flores caryophyllorum fructus omnes
conegerent, & alius illam deferret opposito
modo adornatam, inferius collocatis caryophyl-
lis, & super fructus in parte superiori rose sparge-
rentur: nemo dubitat, quin fructus essent ijdem,
licet flores diuersimode componerentur. Hoc
idem tibi considerandum de Missa variisque ce-
rimonijs superadditis & institutis ad eius cele-
brationem: omnes etenim nihil aliud fuerunt
quam quidam flores, diuersimode compositi vt
fructus acceptus huius Divini sacrificij offerat
Deo ipsum semper vnum fuit in substantia,
licet variaz dispositum & auctum quantum ad
ceremonias eius celebrationis, prout expediebat
ad promouendam fidelium deuotionem.

V.
Similitu-
do.

38

Ep. ad
Iuan. Ep.
Synopsi.

Quamuis enim in prima Missa celebrata pau-
cae intererant ceremonie, quinimo in qui-
busdam que postmodum lectæ sunt: quando-
quidem vt notat D. Gregorius D. Petrus & A-
postoli in primitiua Ecclesia ad celebrandam

Missam tantum dixerunt Pater noster & ita
consecrati: postmodum tamen per orbem dif-
fusi diuersas addiderunt ceremonias & ora-
tiones, secundum necessitatem prouinciarum quæ
illis forte obigerat & congruentiam celebra-
tionis, nec non maiorem profectum fidelium
quibus Dei Verbum predicabant: atque ex illis
in alios dimanantur sanctos velut per traditio-
nem, qui similiter & ipsi nouas adiunxerunt ce-
rimonias & orationes: vt enim refert Sexta Sy-
nodus generalis. D. Basilus & D. Chrysolto-
mus in suis liturgijs nonnullas instituerunt vt festi-
niori pietatis cultu fideles Missæ Sacrificium
celebrarent. Et quod præterite non licet D. Ia-
cobus Minor in liturgia Missæ suæ varias multas-
que addidit ceremonias & orationes, vt per illas
obtinere quod intendimus, maiorem scilicet
attentionem ad Missam: constat similiter
morem esse in Ecclesia vetustissimum his ven-
di ceremonijs, sicut hoc docent D. Dionysius, D.
Clemens, & alij plures Sancti.

VI.
Ceremo-
nia pau-
latim sunt
introdu-
ctæ.

De Eccl.
Hierarc.
Lib. 2.
Constitu.
Apol. c. 54.

VII.
Missæ Go-
thica seu
D. Isido-
ri.

D. Isidorus in Hispania celebrationem insti-
tuit Missæ cum diuersis ac varijs ceremonijs &
orationibus, qua de causa dicta fuit Missa S.
Isidori & similiter Gothica propter Gothos
qui tunc temporis in Hispania regnabant ubi
ritus hic instituebatur. Postmodum Rex Casti-
liæ Dominus Alphonsus Sextus duxit in vxore
rem Dominam Constantiam ex Gallia, & cū
in Gallia Missa diceretur Romana iudicauit
Regina expediens fore si similiter diceretur in
Hispania: vnde instanter vigere cepit Regem
vt decerneret quatenus in Regno suis Missa
celebraretur iuxta ritum & ceremonias Roma-
nas: obstitit huic Rex, & rei difficultatem amo-
rum voluit contentione determinari: vnde de-
cretum fuit vt bini in arenam descendere o-
quites ad Monomachiam, & quisque suam de-
fenderet Missam, ita vt hic pro parte staret
Missæ Gothicæ, ille vero causam defenderet
Romanæ: illa vero præualeret in Hispania suis-
que ritibus ac ceremonijs celebraretur cuius
defensor ex arena victor reuerteretur in no vero
certamine triumphum tetulit Missæ Gothicæ
defensur.

Hic non acquiescunt argumento sed aliud
mouerunt statueruntque mandari executioni:
punitum vt duo sumerentur Missalia, Gothicum
vnum & Romanum alterum, amboque igni tra-
derentur comburenda, nisi alterutrum ex igne
resisteret illæsum: ex eius enim conseruatione
manifesta fieret Dei voluntas conseruandi ri-
tum.



tum illius Missæ in Hispania: factumque est ita, amboque Missalia flammis sui ieruntur: & quamvis Missale Romanum ex igne profuuerit, iudicium bonitatis illius manifestum: Missale tamen Gothicum in igne mansit sed incombustum: fuit etenim prodigium multo illustrius quo declarabatur quod in medio ignis tantæ disputationis & vehementis ardeo contentionis ortæ ad conseruationis eius argumentum, quantumlibet medijs flammis inhereret, semper tamen in Hispania eius celebratio conseruaretur iuxta ritum Gothicum quod ita rei successus comprobauit: etenim non obstante tam euidenti stupendoque miraculo quod Deus operatus est in signum conseruationis bonitatis Missæ Gothicæ: tamen tam importunæ & efficaces fuere preces Regine cuiusque pedissequarum apud Regem ut in Hispania introduceretur & seruarietur ritus Missæ Romanæ, ut Rex Regine placere studens votis eius annuerit: unde Episcopus Hispaniæ mandauit ut Missam celebrarent iuxta ceremonias Missalis Romani, & usque hodie mos hic inoleuit: ritus enim hic est quem in Missa seruamus secundum eam formam qua hodie celebratur: unde natum est in Hispania uetus illud & commune proverbium: Eo tendunt leges quo uolunt Reges. Porro ad uerificationem prælagij quod miraculum Missalis Gothici præsignaba, præcepit Rex ut ad perpetuam rei memoriam nonnulla semper in Hispania essent loca seu Ecclesiæ particulares in quibus Missa celebraretur iuxta proprium ritum Gothicum: & ita præcipit ut in Ecclesia Toletana ita semper dicitur, atque in illa continuo uiuerent sacellani qui illam hoc modo celebrarent, ut in rei ueritate usque ad hæc tempora obseruatur, uocaturque Missa Mozarabica, cuius ceremonias & ritum inscriuit in Hispania D. Leander Archiep. Hispanensis pro Christianis qui eo tempore inter Arabes morabantur, quo illam occupauerunt: qua de causa dicebatur Mozarabica, qua semper in Hispania uel communi usi sunt, atque hoc ritu constanter illam celebrant D. Leander, D. Isidorus, totaque Hispania usque ad tempora Regis Alphonssi Sexti Castiliæ, hic enim morem inuexit celebrandi Missam ritu Romano, reseruat tamen nonnullis Ecclesijs in quibus more Gothico diceretur: & hæc est Missa Mozarabica quæ Toleti & Salamanticiæ hoc ritu celebratur: quo probatur quam antiquæ sint in Ecclesia gerononiæ celebrationis Missæ: ita ut ad eundem

conseruationem relicta sint in Missa nonnulla uerba Hebræica, quibus uetus asserit mos celebrandi: in illis uerbis quæ ab antiquis temporibus sumpta sunt ex Hebræis, prout probat D. Gregor. ex his uerbis Kyrie eleison quibus utimur in nostra Latina Ecclesia, quam ob rarisam ut inferius dicemus admittuntur in Missa nonnulla uerba Hebræica & alia Græca quæ præclaris sunt plena mysterijs. Itaque multe sunt ceremoniæ in Missa Romana quas Pontifices addiderunt usque ad tempora D. Gregorii enim illas in ordinem digesse, quibus nunc uimur ad insigniorem sacrificij uenerationem, usque per illas fidelium animi ad maiorem missæ prouocantur deuotionem, nec non laudandum effectum illius fructus referent ueriores.

§. 14. Conueniens fuit ad maiorem Missæ uenerationem, quadam instituitur uelut preparatoria ad eius celebrationem.

D Thom. pro more suo secute & subtiliter disputat de conuenientia qua Ecclesia in sacrificio Missæ nonnulla statuitur celebrationem antecedentia: & rationem huius allegat instituit: quia representantur in Missa quadam spectantia ad Passionem Christi: eo quod tota sit representatio uix ipsius ac motus: alia uero mysticum Ecclesiæ corpus conuertunt, cuius etiam Unicum hoc Sacramentum est significatum: item alia quadam huius sacrificij uenerationi honori que conuenientia. Ideo (sic illic) in celebratione huius mysterij quadam aguntur ad representandam passionem Christi, uel etiam dispositionem corporis mystici. Et quadam aguntur per uisionem ad uisionem. Et reuerentiam huius Sacramenti. Quia uero spiritum fidelium maxime mouere possunt ad pietatem, Dei laudes & gratiarum actiones, ideo cum illis ueritur Ecclesia principale eius sacrificium, conuertitur illam spiritu S. per os David: Sacrificium laudis honorificabit me, Et illic uer quo ostendam illi Saluare Dei. Unde prima pars Missæ usque ad offertorium uelut quadam ad eius celebrationem preparatio: inde incipit cum laudibus Diuinis ex mysticis Psalmis qui declarantur in introitu, cuius mysteria modo declarabimus. Perpetuis illis omnibus que interueniunt & significant quæ in hoc sacrificio nostris conueniunt.

ciantur oculis Doctores ad clariorem distinctionem & eorum omnium cognitionem. Missam diuiserunt tripartitam. In prima parte quaedam proponuntur quae sunt velut dispositio Missam antecedens, quibus sacerdos & populus maiori deuotione & affectu ad eius celebrationem preparantur. In secunda proponuntur alia quae pertinent ad consecrationem eius quod in illo offertur nimirum Corpus Christi eiusque Sanguis pretiosus qui cum eius Diuinitate laet sub speciebus panis & vini sacramentatus. In tertia vero occurrunt alia velut gratiarum actio pro beneficio ex tanto sacrificio accepto. Eius igitur exortiamur declarationem.

ficeret: *Corpus autem apertum mihi*: illud induit proditurus in mundum, & hoc significat Sacerdos ornamentis indutus Sacerdotalibus, quae sicut diximus, Christum significant, & quando nostra sic carne indutus fuit, laetatus est hanc illi ad aduentum suum occasionem effuluisse: *Tunc dixit ecce venio.*

Dum autem sacerdos sic egreditur praefertur ei luminaria quae lucem designant in tantum illustrantem dum Christus illum visitare dignatus est: *Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam, sedentibus in regione umbrae mortis, lux orta est eis.* Venit Christus ut sol: est enim lux mundi vniuersalis: *Ego sum lux mundi*: quia dum oritur totum illustrat: ita mundus per Christum in cognitione veri Dei illuminatus est: unde ut illa deuoteretur quam ex eius aduentu consequeretur, praefertur Sacerdoti lumen, quod lux illa praefignauit quae in naturali illius pastores circumfulsit: *Claritas circumfulsit illis.* Huic subfragatur praecipuum Pontificis Honorij tertij, ne vquam Missa diceretur sine igne id est ab igne lumine: ut enim Missa est vita Christi representatio per quam mundus tantam obtinuit lucem, ratio suadet ut in eius celebratione lumen adhibeatur: & ita legitur in actibus Apostolorum luminaria ad eius celebrationem fuisse accensa.

Accedit Sacerdos ad Altare, & quia ut primus omnium ad debitam dispositionem Deus expostulat conscientiae nostrae puritatem, idcirco ut instruamur quali nos conueniat hoc frequentate Sacrificium, inuitur Ecclesia praemittenda esse confessionem: ut ea ratione Diuinae laudes quae subsequuntur, Deo sint acceptiores, hanc iuxta quorundam Doctorum sententiam instituit S. Damasus Papa, licet ex aliorum opinione fuerit Papa Pontianus: quoniam in Missa S. Iacobi Minoris scribitur quod Apostolus certa quadam vltus sit caeremonia denotante confessionem, quam modo praemittimus. Ex quo constat quam antiqua sit Ecclesiae consuetudo ante Missam profari confessionem: primo quo significetur illud quod Salomon dixit in persona Christi: *Natus accipi commanem aeternam & primam vocem similes omnibus emisi plorans*: ut enim confessio nostram indicat miseriam quae per illam declaratur, ita ad significandum quod Christus ut proprias assumpserit miserias, quae tales sunt humanae naturae & declarantur per singultus & lacrymas quas nos omnes profundimus quando vallem hanc lacrymarum ingredimus.

11. Describitur egressus Sacerdotis ad altare. Prodit Sacerdos ex Sacristia vestibus ornatus, illum praecedit Diaconus cum subdiacono in figura Christi, qui egressus est nostra carne vestitus ex vero virginali purissima principis caelorum SS. Mariae, venique in mundum ut lucem daret viamque certam doceret salutis eius per doctrinam Evangelicam quam hominibus praedicaui: quatenus lucem hanc sequentes per viam incederent tutiorem qua ad portum aeternae pettingerent beatitudinis & eo sine immediate ante Sacerdotem prodit Diaconus librum gestans Evangeliorum, quo docemur quod sicut per manus designantur opera, ita opere exequi nos oporteat totam doctrinam Evangelicam hoc libro descriptam quam manibus suis deseruit: illum praecedit subdiaconus cuius libro Epistolarum qui legem scriptam designat quae Christum Dominum praecessit & praefigurat fuit in D. Ioann. Baptista: *Ipse praecedet in spiritu & virtute Elia*: hic enim inter Prophetas primasius fuit & obseruator & zelator.

Describitur clausura, quo significantur Sacramenta abscondita in sacrificijs: illis a lege decretis: esseque ille liber quem vidit D. Ioann. signatum *signis septem*, quo infinita designantur mysteria hoc libro legis indicata, quae dignitate explicant Sacramentorum libri legis gratia: Christus hunc aperuit librum: fuit etenim Agnus occidendus iuxta oracula de morte illius: ab origine mundi: *Agnus qui occisus est ab origine mundi*: de illo praedixit quod liberum esset aperturus: quia vitae suae mortisque operibus impleturus erat, qui quid in eo scriptum legebatur: unde per illa declarauit omnia: in quem finem corpus illi preparauit: quod sumeret Dei filius factus homo, eo modo quo magis expedit & in illo cuncta haec opera per-

111.

Præfertur ei luminaria
Luc. 2. 32
De celebr. Missae. 111.

40
IV.
Accedens facit ad altare confessionem.

V.
Quid illa significet. Sap. 7. 3.

dimur, in quibus nobis similis esse dignatus est: idcirco ad primum ingressum representationis vite illius in Missa, statuit à Sacerdote dici confessionem. Secundo, ut indicaret eo modo se nostra imposuisse sibi peccata, ut quatenus pro illis satisfaceret, illa quasi propria diceret: *Verba delictorum meorum*: quod declaratur in confessione quam eius nomine dicit Sacerdos. Licet D. Thom. teneat confessionem non esse partem Missæ nec dici in persona Christi sed sacerdotis: etenim ut ex parte eius Deo sit sacrificium acceptius, inchoat illud quasi accusator sui, ut tanto magis iustificetur, eo modo quo Publicanus orationem exorsus est à propria sui accusatione, atque idcirco ab ea iustificatus exiit: quam quia Phariseus neglexerat à Deo reprobatus rejicitur: & hoc nobis testatur Spiritus S. *Insuper prior accusator est sui*. Et ad illius confirmationem sacerdos cum ministris hunc præmittit Psalmum: *Iudica me Deus & discerne causam meam*: licet in Sacra nostra Religione summa sollicitudine observata fuerit vetus consuetudo, semperque observabitur, ut Sacerdos Missam exorsus brevissime confessionem absolvat, quo datur intelligi qua promptitudine nostram par est ut faciamur miseriam, ut eo efficacius Divinam nobis impetremus misericordiam quam à Deo in hoc cælesti sacrificio postulamus: est etenim præparatio celebrationi Missæ congruentissima: nam illi nihil magis convenit quam conscientie puritas tam sacerdotis quam populi, pro quo offertur, & hæc sita D. Thom. exprimit confessio, cuius virtute nobis peccata remittuntur venialia vel ut dicit Mag. Sotus ut insinuat quod ante sacrificium in Missæ sacerdos moneatur, ut se per confessionem Sacramentalem præparet (quam illa præmissa indicat) in qua peccata mortalia condonantur: ut enim ad SS. accedat Sacramentum, quod hic offertur, summa requiritur à peccatis mortalibus & venialibus mundities: ad cuius consecutionem decretum est ut primo aqua aspergatur benedicta, quatenus assilentes sacrificio emundentur etiam à venialibus: unde orditur sacerdos quasi culpas suas plebique confitens: quatenus dum omnes puritate conscientie tanto sacrificio debita accedunt eo mediante à Deo petita consequuntur: & hoc agimus quod ait D. Jac. *Confitemini alterutrum peccata vestra, & orate pro invicem ut salvemini*: atque idcirco sacerdos populo & populus sacerdoti confitetur, orantque pro invicem, ut declaratur in *Miseren-*

ter quod omnes pronuntiant. His præmissis congruenter sequitur præparatio laudis Divinæ qua Deo benedicimus: cum scilicet autem insigniores eius laudes comprehendamus: ut in Psalmis, ut et dicitur D. Dionysio, Psalmi deus comprehendunt per modum laudis quilibet in S. de Scriptura continetur: ea de causa conclusio sua plebs Ecclesie perantiqua, ante sacrificium velut eorum Divinam eius celebrationi præparationem decem à Davidi Psalmos David: & ita decrevit Papa Cælestinus Anno 426. vel circiter, ut ante Missam totum legeretur Psalterium: sic enim loquitur Rabanus: *Bene ingressu Sacerdotis concipiantur à laudibus choris auditur modulatio Divina laudis, ut Deus sit gloria celebrationis mysteria ministrorum præcedat & consonantia, & corpori ac sanguini Christi. Sacramentum antecedit Divina laudis sacrificium.* Idem hoc refert Innocentius Pontifex. Quia vero experientia didicerunt longum nimis esse totum evolucere Psalterium, postmodum ordinatum est ut vinctus tantum Psalmus diceretur & tandem D. Gregor. Papa decrevit ut rediret ad introitum, salvo tamen præcepto Concilij Niceni, ut dicitur: *Gloria Patri & Filio & Spiritui S. quo denotatur sacrificium hoc in communem dirigat laudem SS. Trinitatis, cuius in eo nobis gloria manifestatur.* Confessum incensatur Altare non quia ablatum sit incensum sit etenim perseverans in Ecclesia velut in continuo usu illius ceremonie veteris legis, in qua Deus Aaroni præcipit ut in Altari ante Propitiatorium thus incenderetur, sed nonam esse dicimus Ecclesie constituto, nem eamque instam. Primo ad maiorem SS. Sacramenti reverentiam; etenim odor suavis fragrans incensus, à loco illo propellit totam omnem quo forte posset insidiari, & per hoc circumstantibus horem incutere; etenim hoc eam postulat reverentiam qua Divinum hoc celebrandum est sacrificium. Secundo, ut declaratur effectus gratiæ quam in nobis producit secundum quod per ministerium sacerdotis ad Edeles transmittitur orta ex illa plenitudine gratiæ Christi Domini in Missa oblata, quam fragrantissimus hic odor significat, & quo plenus erat Christus sicut in eius persona Patriarcha Jacob oïote suavissimo replebatur: *Eccidit filij mei sicut odor agri pleat*, in signum plenitudinis gratiæ Christi, cuius nos participes esse huius virtute Sacramenti, in quo velut fonte contingitur, & ex qua tota profluit gratia & unitas Ecclesie; cuius gratia decretum est ut Alt-

Pf. 21. 2.

Ps. 16. 17

Psa. 42. 1.

VI.

Modus

alias

legendi.

Confisor.

VII.

Huius

effectus.

In 4. d. 13.

q. 2. 4. 4.

Lac 4. 26.

tare in quo sacrificiū hoc celebraretur, tunc in-
cenderetur; incensique odore fideles recrearet,
quo daretur intelligi per Sacerdotes eius Diui-
næ gratiæ fructum fidelibus applicari; sic enim
audito D. Paulum docentem: *O dorem nostræ suæ
manifestæ per nos in omni loco.* Et his consequen-
ter postquam thus in Altari incensum est, quo
nobis Christus representatur, etiam ministris
thus adoletur, tam in eo assistentibus quam in
choro cantantibus: quia de Christo omni-
procedit gratia, cuius omnes virtutes huius Sacrificij
reddit participes.

XI. Hoc incensatione absolutæ Altaris, omnes in-
choant Introitum, quo designantur voces anti-
phonarum Patrum quibus à Deo postulabant ut
Incensur- factus homo mundum visitare dignaretur: *E-
mitte Agnum Dominatorem terra.* velut benefi-
cium totam annis ab illis desideratum, ut ipse
Hias alto loco proponit: *Viam ducimur per caelos
Et descendere;* unde ut expressius hæc eorum
desideria voceque tollere repetita Deoque cō-
stanter oblatæ, ut veniret, exponerentur, bis re-
guntur Introitus, iuxta illi d. Hilar: *Manda reman-
da, expecta et expecta. modicum ibi modicum ibi.*
Ut autem coulet Sacrificium esse Diuinæ lau-
dis, per Psalmos semper denotatæ sanctum est
in versiculo introitus versus aliquis principalis
Psalmi decanaretur, quo finito deuotè repetitur
Introitus, cuius tamen præmittitur *Gloria Patri
Etc.* Ex præcepto Concilij Niceni, quo deno-
tatur aduentum hunc à tripus iustanter petum
fuisse personis SS. Trinitatis: Patrem rogabant
ut filium suum mitteret, filium deprecabantur
ut venire dignaretur, & apud Spiritum S. instab-
ant ut conceptionem eius operaretur.

XII. Et cum per aduentum filij Dei in mundum
Subsequi- ita desideratur ab omnibus antiquis Patri-
tur oscu- bus, ut nobis declarat repetitio Introitus, cele-
stium ala- branda erant sponsalia cum natura humana
ris: habet quam sibi viuone indissolubili id est Hypostati-
hoc suum ca uinret: dicitur Sacerdos ante Introitum acce-
mysteriū dens ad Altare, illud osculatur quo significet
Sanctum matrimonium Christi futurum cum
Ecclesia sua, conformiter illi quod sponsa de-
claratur, callas cum sponso suo caelesti nuptias,
quarum desiderio tanto pere flagrabat, hoc ita
exposuit, osculum ab eo postulat. Diuinum:

Cant. 1. 1 *Osculetur me ofulo oris sui.* Hoc enim significat
quo sacerdos osculatur altare, quando nosse de-
siderat aduentus illius representationem fla-
gantissime optari per Missæ Introitum. Hæc
est prima dispositio eius celebrationi prærequi-

sita, ut ex illa fructum intentum assequamur:
nempe conscientie puritas qua cum debita præ-
paratione ad Missam accedendum & magnitu-
dinis atque infinitæ misericordie Dei laudes &
ardentissima desideria, ut in altam nostram
descendat habiturus, omnium honorum Deo
gloriam deferendo, velut auctori principali eor-
um omnium quibus affluimus.

§. 15. In Missa particularis fit memoria
glorie caelestis post miseria nostra re-
presentationem, quo docemur pro-
priam eius cognitionem esse dispositio-
nem magis congruam qua ad termi-
num illum felicissimum pertingamus.

I N hoc maxime patet Dei misericordia, quod
cum illum nostris sceleribus tam grauitet
offenderimus, non tamen dedignetur illa
nobis condonare, & bonorum gloriæ caelestis
nos reddere participes, quæ in caelis suis com-
municat electis, & cum maxime in miserijs no-
stris ipsa respiciat, in quibus velut propria
materia se exercet, iuxta eius ex Theologo de-
finitionem: *Misericordia est aliena miseria suble-
uatio:* idcirco nihil nos potest efficacius dispo-
nere ad felicissimi illius termini nostræ beatiudi-
nis consecutionem quam propriæ miseriæ cog-
nitio: quare namque hæc constat apertius,
tanto clarius Dei imotescit magnitudo, atque
in nobis mille noua generantur, illa fruendi
desideria. Quia veto misericordia motus des-
cendit in mundum nos redempturus & per hoc
gloriæ suæ firmaturus possessores, ideo quam-
primum eius aduentum in Missæ Introitu desi-
gnauimus, petitio sequitur Diuinæ illius mis-
ericordie memoriam recedentes eius miseriæ
qua vitam hanc mortalem transigimus, ut
in Deo feruentiores misericordie erga nos ex-
citemus affectus, quam ab illo nostram repræ-
sentantes ei miseriam postulamus, ad cuius
subleuamen eam efflagitamus dicentes. *Kyrie
eleison* est autem Verbum Græcum quod in Ec-
clesia Latina Papa Syluester introduxit circa
annum Domini 740. & Missæ adhaerit D. Greg.
Ut in illa etiam Verba Græca audirentur, qua-
le est illud de quo loquimur & etiam Hebræa, ut
sunt *Amen, osanna, Et Alleluia,* nec non latina,
Missæ etenim Latino dicitur idiomate: ad signa-
dum id quod ait D. Hieron. à Diuina Sapientia
statutum ut in Cruce Christi eius titulus om-
nia

42

I. Misericordia Dei nostras respicit miseriæ.

II. Quæ per Kyrie eleison postulamus.

F f nura

nium linguis scriberetur, Latina, Græca, & Hebraea: primo quia in cruce omnes gentes adorarentur: *Qui per diversitatem linguarum multarum, gentes in unitate fidei congregasti.* Ita testatur Ecclesia in quadam oratione de Dominica: *Deus qui diversitatem gentium in unitate tui nominis adunasti.* Ita similiter in Christo Domino convenire debebant omnes mundi nationes, quia in Christo omnia unum sunt: tantaque est eius Divina virtus, ut omnes nationes cunctaque in se unum faciat, quia est ipsa charitas: *Deus charitas est:* cuius principalis effectus est diversarum unio voluntatum: *Ipse est pax nostra,* qui fecit utraque unum: quocirca ut indicetur quod in hoc sacrificio, & fide SS. Sacramenti, quod consecratur & celebratur, convenirent in unum omnes nationes idcirco statuit Ecclesia ut in eo diversa hæc verba ponerentur Latina, Græca, & Hebraica.

III.
Cur in
Missâ tri-
linguarum
verba re-
serantur.

1. Ioan. 4.
16.
Ephes. 1. 4.

IV.
Alia ra-
tio.
Rom. 10.
2a.

V.
Cur to-
ties repe-
tatur Ky-
rie elei-
son.

Secundò, ut manifeste cunctis innotesceret crucis fructum esse universalem & eam omnibus profuturam nationibus, nemine excepto, nullaque exclusa natione: *Non enim est distinctio Iudei & Græci: nam idem Dominus omnium, deus in omnes qui invocant illum: omnis enim quicumque invocaverit nomen Domini, saluus erit:* scribatur igitur eius titulus idioma nationum quas noluit mundus principales, scilicet Latino, Græco & Hebræico & ipsdem utitur Ecclesia in Missæ sacrificio, quo declarat eius fructum cunctis nationibus futurum universalem: ea mento hoc Græco verbo utitur Kyrie eleison id est *Domine miserere*, quo ab illo misericordiam postulamus in miseriarum huius vite subleuam. n. in qua hoc illi dedicamus sacrificium, quo ad eam illum efficacius moueamus, quam tertio petimus à tribus diuisim personis SS. Trinitatis: Kyrie eleison à persona Patris tertio & toties à persona Filij dicendo Chryste eleison & toties à persona Spiritus S. Kyrie eleison. Partim ut significemus (ex sententia D. J. Th.) quod propter tres communes calamitates quas frequentius in hac vita patimur, quales sunt miseria ignorantia, infirmitas status culpæ in quam communiter labimur, & calamitas status pœnæ, quam ob culpam incurrimus: idcirco singulis personis tertio eandem offeramus preces quibus misericordiam ab illis requirimus, triplici nostræ miserie remedium. Vel dicamus quod tertio eadem illis verba proponamus à singulis Diuinam exorantes misericordiam, ut indicetur in tri-

bus personis SS. Trinitatis æqualis potestas, & æqualis facultas illam nobis concessuram: tota namque Dei natura eiusque essentia, & per consequens tota eius misericordia & donata quam petimus eo modo in singulis est personis, ut maius aliquid non sit in omnibus tribus quàm in vna sola, nec minus in vna quam in tribus coniunctim, & hoc ita declaramus in oratione illis oblata & tertio repetita. Manifestum est quod hæc Diuinæ misericordiae requisitio fiat opportune, quando in Missâ iam offeramus Dei filium in mundo: quia per illam intelligimus iam apertas caeli portas totamque Dei misericordiam iam in terram esse velut effusam, eaque plenum totius orbis vniuersum: *Misericordia Domini plena est terra:* Quia iam iustitia tantam hinc edens stragem, nullum condonans peccatum nullam in committente remittens poenam, ascendit in caelum locum cedens misericordiae, quæ cum Christo pariter in terram descendit. *Veritas de terra orta est & iustitia de terra profertur.* Ut iam in caelo est, quasi à longe intuetur, nec adeo facilis est eius executio, ut prius, in hominibus: nam ad eorum salutem in terram missa est misericordia: quæ prius velut conclusa caelo detinebatur: vnde ea facilitate qua iustitia, non pollebat, ut se ostenderet nostramque causam tueretur, sicut iustitia prodibat quo deo reos supplicio plecteret nulli peccatam remittens, sed singulos peccatores iuxta peccati gravitatem seuere puniens. Modo vero in publicum prodijt Dei misericordia cum aduentu filij Dei in mundum, omnes partes obambulat, cunctorumque medetur benigna calamitibus: *Ante consueti in ira sua misericordias suas: iam aperta progreditur fronte: nam eam omnes cognoscimus iuxta bonum quod ab illa percipiunt: ut cum Deus solium suum statuit in misericordia, atque ex immiteritate sua omnibus adest partibus, nulla est ad quam illa non pertingat: preparabitur in misericordia solium eius & in capite eius erit.* Iam expendit super caput eius patris signum nempe arcum: quod in altissimo loco operum illius, velut pacis signum apparebit solium Diuinæ eius misericordiae, eo modo quo super altissimum locum supremæ Regionis aëris apparet iris signum serenitatis celsæ: tempestate & turbidibus in ea genit: & in nobis effulsit: quia iam super eminentiora Dei opera, Diuinæ misericordiae attributum signum eleuabit: sic audio Pfallem David. *Et misera- tionem eius super omnia opera eius.* His omnibus mundus.

VI.
Alia c
dunt
de Ky
elei
VII.
Miseric
cordia
VIII.
Miseric
cordia
IX.
Miseric
cordia
X.
Miseric
cordia
XI.
Miseric
cordia
XII.
Miseric
cordia
XIII.
Miseric
IV. Pictor perfectissimam delineaturus imaginem hoc primum agit, nonnulla depingit lineamenta & deinde viuos apponit colores quibus vultum exprimit nam prima manu lineas quasdam protrahit imperfectas & continuo illam inspicit donec vltimam illi adhibeat manum & integram det perfectionem: vnde efformatur secundum intentionem quam habuit vt illam effingeret, quantum ferre potest ars eius, formosissimam, hoc modo Deus egit cum Ecclesia sua: o quam perfectam imaginem depinxit illam: Non habentem rugam neque maculam: tota sancta est: hoc enim in simbolo fidei profitemur: *Credo in vnam sanctam Ecclesiam*: eo sine primo discipulo fit eam per legem veterem eamque in illa velut iudi modo & impolite producentis & hoc significat Epistola: nam idcirco praepositur Evangelio: quia per veterem illam legem nihil aliud fecit Deus quam primas apponere lineas sanctitatis, in qua postmodum per legem Evangelicam illam intendebat perficere: vnde per hanc quasi viuos apposuit Sanctimoniam colores ea plenitudine gratiae, qua ditauit illam, sanctitatis & meritum Christi Redemptoris, quibus illam intendebat perficere, secundum illud quod de ea prima illa legis antiquae promittebant lineamenta, summam inimirum hanc perfectionem: fuit enim velut complementum & manus vltima illius prioris: & indicatur per Euangelium: vnde cantatur in Missa post Epistolam, quo datur intelligi legem Evangelicam designatam per Euangelium quod cantatur in Missa, esse velut complementum eius quod Deus promiserat in lege veteri, quam Epistola praefignificat: & est vltima perfectionis manus quam Deus Ecclesiae suae apponeret per legem Evangelicam, qua Christus implet quidquid in prima lege Deus promiserat, sic enim audio Salvatorem nostrum loquentem. *Non veni solvere legem aut Prophetas, sed adimplere* Non ea mente descendit vt primam legem dissolueret, & ea quae Prophetae in illa praedixerant, sed vt eam adimpleret, &

Similitudo. *Ps. 133. 6.* *Heb. 10. 1.* *Matt. 5. 17.* *Luc. 13. 31.* *10a. 19. 30.* *Luc. 13. 31.*

V. Christus est adimpleuit & perfecit. *Matt. 5. 17.*

vltimam, quae deerat illi, super adderem perfectionem.

Quantum intelligo metaphoram sumit a luna quae tenebrosa est vmbraeque sortida, cui lux deficiat vt totum suum impleat orbem & quasi illa luce vacua deficiat: solenus enim dicere luna decrefcentis: verum dum sol accedit eiusque illa radios recipit, tanta luce plena respiciendat, vt nulla sit in ea pars, quae luce non respiciendat, quam ex aduersu solis obtinuit. Talis fuit lex vetus, luna deficiens: de illa declarat Arno. illud Psalms: *Lunam in potestatem noctis*. Erat vetus testamentum illi populo vt luna: ambulabat enim in tenebris & nocte tantarum figurarum & vmbraeum caligine: *Vobram habent lex seruorum honorum*. Modica fulgebat luce cognitionis Christi: quandoquidem quam umque habebat, sub aenigmatibus & figuris latebat abscondita: eratque lex illa velut vacuaretur enim velut figura quae preparatur ad campanamnam donec

VI. Similitudo. *Matt. 5. 17.* *Luc. 13. 31.* *10a. 19. 30.* *Luc. 13. 31.*

es illi infundatur vt in illa efformetur, vacua est: res autem campanae illam adimplet. Lex illa vetus aliud nihil erat quam figura vacua, cui ad eius ampletionem, infundendum erat Metallum campanae legis Evangelicae: Illuxit sol iustitiae hinc Dominus & adimplere incipit quidquid lex illa vetus scriptum praeferebat, omniaque eius vacua & concaua replete. *Hoc factum est vt impleatur quod dictum est per Prophetam*. Et ita haec vacua impleuit, vt nihil remanserit non adimpletum. *Tota enim, aut vnus apex non praeteribit a lege*. Ad aduentum eius in mundum respicendat vt Luna plena: quia postremam illi tradidit perfectionem, & quidquid in illa praefiguratum erat, adimpleuit. Hoc est Epistola & Euangelium, Luna & Sol, lex vetus lex noua, lex Evangelica, nam vltimam illi adhibuit manum: sic enim Christus declarauit Mytico illo verbo: *Consummatum est*: quia iam Christus aduentu suo quidquid in illa lege scriptum erat, perfecerat: *Et consummabuntur omnia quae scripta sunt per Prophetas de filio hominis*. Omnes Prophetae de Christo scripserunt: *Hinc omnes Prophetae testimonium perhibent*, & quaecumque illi scripserunt, ille factus homo consummavit. Illum attendit Vates Evangelicus Iaias, aitque de illo: *Sicut flumen violentus*: q. d. Christus in mundo id agit quod flumen rapidissimus quando toto fuit impletus & alvei ripas transgreditur, vt do. omnes lacunas circumquaque aqua repleat.

VIII. Similitudo. *Quantum coniecio meminit alui: i quondam Prophetae Elisei, quando per arenata loca exercitus*



tus progrediuntur duorum Regum, vt narrat Spiritus S. militibus aqua defuit vt fici quasi deficerent. Recurrunt ad Eliseum & multis intermissis, precipit illis Propheta. *Implete aluenum fossis, facite fossas & fossas, quaedam sunt versus illam partem & alia versus alteram: cumque iam multas effodissent, quo tempore Sacrificium offerretur, fluuius ripas suas egressus fossas omnes sic impleuit vt nec minima superfuerit quae non copiosis redundaret aquis. Omnes Prophetae in canali S. Scripturae esse locum fossas & fossas: quidam profundiores alijs: plura dicentes quam alij, nonnulli in hac terra, alij in alia: porro dum adest Christus magnum illud de Diuina sua persona sacrificium oblatum, fluxit misericordiae illius & amoris fluuius tali gurgite abundans, vt omnes impleuerit, sic vt nec minima prophetae superfuerit non impleta. *Consummabuntur omnia.* Quo circa in Missa vbi Sacrificium illud eximium recollitur cantatur Euangelium post praemissam Epistolam, vt nouerimus futurum illud totius legis antiquae complementum, quam Epistola denotat, quae praecedit Euangelium sicut lex scripta legem Euangelicam. Et per hoc finem imposuit omnibus illis Sacrificijs, Sacramentis & victionibus antiquis: vt enim haec omnia tantum signa fuerunt huius Diuini Sacrificij & sacramenti: eo tempore quo celebratur: Ecclesia iustitiae vt virtutis fiat commemoratio legis antiquae & Euangelicae, quo doceat nos per hoc sacrificium antiqua illa omnia impleri vacua quae praecesserunt.*

49.

X.

Epistola ad dexteram

4. 12.

7. 2.

Cantatur Epistola ad latus dexterum Altaris: significat enim populum Iudaeum ad dexteram Dei: fuit enim populus electus. *Primogenitus meus Israel.* Huic Deus fidem infudit. *Norum latus in Iudaea Deus:* vt autem haec primogenitura denotetur, Epistola ad dexteram decantatur: quae finita canitur responsum quod dicitur graduale: quia olim cantabatur in gradibus Altaris: & dicitur responsum: quia conferebant fideles Epistolam sibi praelectam, & in illa fauores attendentes a Deo sibi concessos, eorum omnium recolebant memoriam, & quasi fructum ex eius lectione haurientes conabantur suauiter feruiliis Deo respondere seruitijs & receptis ab eo esse grati beneficijs. In festis solemnioribus vt pote in quibus spe beatitudinis roborantur quam illis fides proponit velut hilaritate perfusi Deo gloriam referunt Diuinis illum magnificando laudibus, quas Alleluia significat & cantatur post responsum quod canticum seu iubilum: spiritus

uale introduxit in Ecclesiam Romanam et Ierosolimitana S. Pontifex Damasus vt refert Divo Grego. atque in Hebraeo Alleluia latinè significat: *Laudate Deum:* vnde illo declinamus gaudij & interiorum exultationem, quam in nobis extant Diuinae laudes quas Deo de canamus obrepta ab eo beneficia quoad bona gloriae quae nobis fides praepont ab eo referuat in nostrorum operum iustissimum praemium, cuius spe voluntas nostra letatur & animatur, considerans diem aliquando venturum, in quo per Dei misericordiam & gratiam illi offerretur: vnde de prouocatur ad referentias Deo gratias Diuinis laudibus, quas verbum illud Hebraicum Alleluia denotat. Hac est illa dispositio qua in fide instrumur quae nobis in hoc mysterio proponitur & ante sacrificij celebrationem Ecclesia quasi praeparat & disponit populum lectione Epistolae, in qua meminit beneficiorum Dei, quatenus nos obliget & prouocet ad illi reddo laudibus, prout in graduale significatur, & Diuinis laudibus, quas nobis declarat, Deo persolueudas, ipsum Alleluia.

Quia vero tempus Septuagesimae nobis proponit primi nostri Parentis exilium ex Paradiso, quod nec non tempus in quo Dei populus captiuis detinebatur in Babylonia, & in illo memoriam recolit tristium horum casuum, non ex merito pedis vt canticum laetitiae audiantur: vnde illo tempore Alleluia non cantatur: ita namque David huius memor captiuis, sic ait: *Suspiramus in Babylonia nostra:* quasi enim suspenduntur haec cantica tunc temporis quando lugubris illius temporis memoria renouatur, quo Dei populus se captiuum & propria terra extorrem ingenuit: extra quam nequaquam quiescerent Domini Cantica celebrari: *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?* hoc autem tempore pro Alleluia versus alius supponitur illa declarat suspensam quae populus ille tam diuinitatem lugens captiuitatem emittebat, iuxta illud quod eorum nomine Propheta Regius intonat: *Non nobis quia inchoat: latus meus prolongatus est.*

XI.

Sequitur Epistolam Alleluia.

Sequitur Epistolam Alleluia.

518



§ 18. *Perfecta populi instructio in fide fit per doctrinam Christi in Euangelio: unde ut perfecte imbuatur in fide huius mysterij, antequam in Missa celebretur, cantatur Euangelium & Symbolum fidei.*

hospitarentur salutarent pacem illis apprecando: In quacumque domum intraveritis, dicitis: Pax Luc. 10. 5: hinc domus: quo significatur Euangelium esse pacis, cum omnibus offeratur per eiusdem predicatoris & Doctores copiosa utique benedictione: quocirca Diaconus priusquam illud decantat, petit a sacerdote benedictionem, ut Dei benedictionem declarat recipientibus Euangelium. Quia vero haec saluatio omnes comprehendit, respondet illi populus: *Et cum spiritu tuo.* Et quasi captans auditorij benivolentiam illi primo proponens titulum eius quod intendit dicere, profertur: *Sequentia, vel initium Sancti Euangelij, & quasi gratis laetis adeo nouis respondet illi populus, ut exposuimus: Gloria tibi Domine:* Et continuo format sibi crucem in fronte ut significet se fidem protestari Euangelij seclusa omni uetundia, facie eleuata, & animo Christiano ac generoso: hoc enim de se praedicabat Apostolus: *Cur signum non enim erubescit Euangelium.* Formato iam crucis signo in ore ad illius pronuntiationem, & in pectore ad eiusdem conseruationem, illud alta uoce decantat quo declarat se illud Christiana nobis audacia proponere.

50 **Q**uia dispositio ad hoc mysterium conuenientior est cognitio eius excellentiae per lumen fidei supernaturale & Diuinum, quia perfecte sumus instructi: ut debita praeparatione. Missa celebremus, ideo nobis proponit & cantat diaconus Euangelium antequam Sacerdos offerat sacrificium: nam quia Euangelium pacem refert, quam primum Diaconus illud decantauit, accedit ad Sacerdotem offerturque illi Missale in quo scriptum est, excolendum: & haec ratio est quare illud adoret: & cum Euangelium pacem praefert & salutem hominibus, posuimus in illo consistere, quod Deus illam nobis communicabit, atque in circo quasi illi pro tanto beneficio gratias referens populus, quamprimum eius audit uocem, respondet, *Gloria tibi Domine.* Quia sc. in illo nobis certa pacis ac salutis perpetuae nuntia deferuntur. Quam antiquam sit in Ecclesia legere Euangelium, probat Pater Mag. Soto de quo, ut refert Hugo, Pontifex Alex. qui rexit Ecclesiam anno 100. redempti mundi praecipit ut in illa legeretur, & Concilium Valentinum alledit ad Canones antiquos Apostolorum in quibus praescribitur legi Euangelium. *Antiquos canones relegenti, inter caetera hoc esse censuimus obseruandum: ut sancta Euangelia ante miserum oblationem in Missa Catechumenorum in ordine lectionum post Apostolum legantur, ut uerba Christi & Sacerdotis sermones omnes audire possint.* Ex quo patet breuiter dicto colligitur antiqua consuetudo Ecclesiae praedicandi lecto Euangelio. Et in Concilio Laodiceensi antiquissimo decreuit ut Sabbatis legantur Euangelia cum alijs libris S. Scripturae. Et prout legimus in Actibus Apostolorum iam eorum tempore quidam erant Diaconi quibus ex officio competeat lectio Euangelij.

I. **Q**uid significet Euangelium.

In 4. dist. 2. a. 4.

II. **E**ius instituta lectio.

Can. 6.

III. **C**ur Diaconus praemittat Dominum uobiscum.

Porro illud decantatur ad latus secedit sinistrum Altaris de manu dextra transferens ad sinistram Missale, ubi remanet donec absoluta sit oblatio sacrificij, quo datur intelligi quod Christus Dominus eiusque cognitio Diuinitatis translata sit a Iudaeis qui manum occupabant dextram primitiarum eius, ad populum gentilem denotati per sinistram, quia filius est quasi natu minor, *Permisit gentes ingredi uias suas:* uoluit enim ut populus gentilis eius locum occuparet in receptione & vera cognitione Christi in doctrina Euangelica ad cuius manum defertur Missale ad eius pronuntiationem & decantationem. In lege ueteri populo Iudaico factae sunt de Christo promissiones: *Quorum est legislatio & promissio:* uerum tamen quando haec illis dantur & ipse uenit ut eum recipiant, eum remiserunt & a se procul abiecerunt. *In propria ueni & sui eum non receperunt:* Quocirca ad populum transijt gentilem, ubi receperunt illum & adorant ut Saluatorem suum & Redemptorem, uerumque Deum. Simile quid contigit Moysi: natus enim puer de matre sole formosior, & licet eum mater ut talem intueretur, non illum uult nec ut situm alit, quin mo a se repellit, in flumen praecipitat, quem filia Pharaonis ad fluminis crepidinem obambulans ex aquis eripit alioquin moriturum: circa quae subtiliter discunt: *Originalis extitit Christus, natus*

IV. **C**ur signum Crucis.

V. **C**ur legi dicitur in libro.

VI. **A**llegoria Moysi.



tus est in Synagoga, in populo Iudaico, hęc eius Mater, & quamvis in ortu illius tot conuulsiōes prodigia, & in ipso omnes impletas videat Synagoga de Messia Prophetias, quas illa custodiebat, recipere tamē illum renuit venientē, quoniam de gremio suo propulsi, cumque nō agnouit Mater licet esset: Vt etiam & ipsum contumelijs affecit, qui a grefereus tantum sui contempsum, abiit & transit ad populum gentilem. *Vobis oportebat loqui, quasi conuenter Diuine providentia dispositioni, doctrinam suam & predicacionem conuertit ad gentes. Ecce conuertimur ad gentes, hoc modo ad gentes transit, vt ex illa proficiant, cum iam eius domestici illum non admittant, nec vt legitimam recipiant doctrinam eius Euangelicam: insuper vt significetur quod predicatio fidei Euangelicę quę per auditum intrat, per aures non intraret Iudęorum, permittit vt senio Pontificis auricula amputetur dextra eius symbolum, ob manum dextram primitiuam eius, quia eam populus Iudaicus non erat habiturus ad recipiendam eius fidem: vt autem transitus hic designetur, transfertur Missale de latere dextro ad sinistrum Altaris & decantat Diaconus Euangelium in latere sinistro.*

87. 13. 46

VI. Alia Allegoria.

87. 13. 46

Ad eius decautionem defecuntur luminaria: sicut estator D. Hieron. aduersus Vigilantium: *Per totas Orientis Ecclesias quando Euangelium legendum est accenduntur luminaria sole rutilante. Quod constat ex Concilio Rbemensi in signum quod Euangelium lux sit clarissima qua nobis celi gloria manifestatur: Claritas Euangelij gloria Dei, ait Apostolus, quia per illud veram & distinctam eius glorię noticiam assequimur: Pater manifestauit nomē suum hominibus. Noctia prior quam de ea habebant homines, vclō contēta erat figuratum: modo vero publicato Euangelio absque omni velamine & figurarum innolucris illam cognoscimus: Nunc autem reuelata facie gloriam Domini speculantes. Vt autem significetur hęc clara cognitio precipitur vt dum cantatur, accendantur luminaria & pariter vt legatur ad partem, aquilonarem quia antiquius Altaria cum posteriori facie versus Orientem erigebantur ita vt Sacerdos versus Orientem conuersam haberet faciem vt. ver. hęc tur illud quod cecinit David: Psallite Domino qui ascendit super celos & celorum ad orientem: vnde legitur Euangelium ad latus aquilonare, quo declaratur quod p̄ d̄caatio Euangelij expulserit de mundo stigus, nequitiam, & tenebras diaboli;*

1. Cor. 3. 13.

VIII.

Et legatur ad Aquilonē. *Et. 6. 7. 33.* tur illud quod cecinit David: Psallite Domino qui ascendit super celos & celorum ad orientem: vnde legitur Euangelium ad latus aquilonare, quo declaratur quod p̄ d̄caatio Euangelij expulserit de mundo stigus, nequitiam, & tenebras diaboli;

Princeps tenebrarum quis sedet in lateribus Aquilonis. Princeps hic qui partem hanc occupat, eo quod in illa thronum suum collocauerit, ex vi quam sentiet inferri sibi per Euangelium, quod versus partem illam cantatur, velut victus cogitur de mundo decedere sibi capillus p̄ se furorē euellens: Nunc princeps huius mundi expulsetur foras.

S. Pontifex Anastasius pręcepit vt dum in Missa legeretur Euangelium omnes summa illud audirent attentione, detecto capite & corpore erecti: quo docemur quod fideles milites dicitur promptus esse nos oporteat ad eius defensionem, & securam ac constantem seculdem confessionem: vtrumque enim significat stare erectum. Quamuis & alia dari possit ratio sique illa: quando assurgis & prois obuius alium receptum pilum manibus gestas, hoc agit vt reuerentiam indices qua illum suspicis gentiher. excipiens: vnde vt sciamus qua reuerentia suscipiendum sit Euangelium, decet vt Ecclesia vt tu & omnes assurgatis caput detegentes quā debitam præstantes illi reuerentiam. In quo cōpletur illud Apostoli Pauli: Fideles sermo & omni acceptione dignus Christus Iesus. Omni dignus est reuerentia, teque obstringit vt ipsum illa recipias: In mansuetudine suscepisse infirmum verbum. Idcirco assurgis stans erectus dum canitur Euangelium in signum quod omnem illi deceras honorem, quando quidem per illud perfecte instruaris in veritate fidei, hęc enim est conuenientior præparatio & debita propterea quę tibi conuenit vt Missam audias, & sacram recipias Communionem: vnde quotiescumque veneris auditorus Missam primo te ereres in actibus fidei supernaturalis & assentias credalique sumiter quicquid circa illam tibi proposita Ecclesia Mater omnis veritatis: Columna & firmamentum veritatis vocatur ab Apost. Paulo: & quicquid in Euangelio iuxta declarata iorem doctorum eius nos docet: hoc modo perfecte instructus in fide par est vt Missam audias, quantum sic assistas, vt decet Diuino huic Sacrificio: sic eleganter D. Thom. Perfecit autem populus instruitur per doctrinam Christi in Euangelio contentam, qua à suorum ministris legitur scribit à Diaconibus.

Vt autem fidem integram præstentur verbis Christi, velut verbis primæ veritatis, iuxta illud sicut dicitur D. Iohannis: Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? Dum finitur Euangelium cantatur Euangelium eiusdem sibi symbolum fidei Concilij Niceni ex decreto, cuius

decreto, in quo praeceptum ut in festis principalioribus in quibus celebratur aliquod Christi mysterium, cuius mentio fit in symbolo, quia sunt festa Christi S. Matris eius Mariae & Apostolorum qui fidem plantarunt; & doctorum qui illam declararunt, cantetur supra dictum symbolum *Credo*: quo datur intelligi quod ad quod populus corde credit per lectionem Evangelij, ita perfecte instructus sit in fide, ut in symbolo idem ore confiteatur: ut enim dixit Apostolus: *Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem*: & in hoc impletur quod Christus suis iniunxit: *Pradicate Evangelium omni creaturae: qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit*. Et cum hic protestemur & confiteamur fidei nostrae mysteria, quae in Missa representantur, idcirco congruenter fideles instruuntur in fide per confessionem symboli: quatenus ita instructi accedere possint ad sacrificium iuxta eius excellentiam.

X. Vbi notandum quod, dum canitur vel dicitur Verbum illud *Et incarnatus est* &c. Toto illo tempore tibi sit sciendum non vnicum incurranlo genu sed utrumque, in signum quod toto corpore Sacrosanctum hoc reuerentis mysterium eo quod toto corde credas illud ut verissimum: circa quod Nauarus insignem adfert doctrinam. Daemon enim eum qui ad confessionem huius mysterij se non inclinauerat, aggressus est & crudeliter fatis infregit illi alapam, dicens: si Deus pro me factus fuisset homo ut pro hominibus, maiori multo reuerentia quam illi huius articuli honorarem profectione in hoc Nauarus narrat eodem loco.

XII. Hic pars prima Missae absoluitur, quae dicebatur Missa Catechumenorum, quia huc usque permittit Ecclesia adesse Catechumenos: quia sicut huc usque fideles instruuntur circa fidei mysteria quae in Missa representantur, ita poterant admitti ad partem hanc Missae, cum etiam ad illos pertineret haec in fide instructio, ut testatur D. Dionysius, eo tempore Diaconus alta voce inelamabat: *Ita Missa est*, quod dicebatur Catechumenis, quibus permittit hanc iam decedere, quia eorum Missa iam erat absoluta. Et sicut supra diximus quod Missa dicebatur a dimittendo quia tunc illis permittit egressus, ita dicebatur Missa Catechumenorum. Quia cum tantum admittentur in templo, cum alijs fidelibus ut instruenter in fide & circa illa quae usque huc in Missa fiebant, manebant ipsi, idcirco usque ad hanc partem admittentur

qua finita discessus illis iniungitur: *Ita Missa est*.

Dicamus alio modo: ab hac parte iam intrat pars principalis Missae nempe secreta: quia vero tantum complectitur mysterium eius profunditatem; illis tantum proprium est assistere ijs quae sequuntur, qui Ecclesiae gremio comprehenduntur per cognitionem mysterium Dei per lumen fidei, in qua iam rite sunt instructi: cum autem Catechumeni nondum recepti sint in gremium Ecclesiae, habentur velut alieni in ordine ad illam: unde talibus notitia dari non potest absconditum eius: nec enim vere secreta domus tua cuiquam reuelas, qui non sit illi familiaris: & minus tibi cogitandum de Ecclesia: cum enim eius negotia secreta sint & occulta Sacramenta, tanto grauiora quam domestica tua, minus tibi persuadendum, quod eorum dabit ijs notitiam, qui eius gremio non continentur, nec coram illis tractabit ea quae tanti sunt momenti, quae sunt mysteria sublimia quae in Missa subsequuntur: quia Catechumeni se reputabant ut Ecclesiae peregrinos: Et quia iam instat summum Missae mysterium quod alienigenis ne fas est communicare, idcirco dum eis instat celebratio, foras illos dimittit.

XIII. Praecepit Deus Filij Israel ut manducarent Agnum Paschalem singuli in domibus suis, Allego nullusque admitteretur alienigena, vel vicinus illis qui hoc vescebantur: quia eius manducatio solis seruabatur domesticis. Crebro diximus Agnum Paschalem inter ceteras figuras huius Sacramenti esse principalem: unde ut Sacrificium Missae uelut in eo praefiguratum, figura corresponderet, iniungit Ecclesia ut Sacrificio Agni Christi Domini, quod ipse de se Patri offert in Missa, & manducationi eius in SS. Sacramento, tantum assistant domestici eiusque gremio conclusi, nempe fideles, ceteris foras alienigenis, sicut Catechumenis, quando haec Diuina in factis representantur mysteria, quae sunt eius principaliora: quia ad ea tantum admitti debent fideles instructi in fide: quocirca antequam celebretur, instrui vult illos perfecte per lectionem Evangelij & symbolum fidei *Credo*.

§. 19. Quia mysterium hoc rationem habet sacrificij, ad Missa offertorium populus cum Sacerdote offert munera, quo significatur quod per istam coniunctionem eius oblatio Deo futura sit acceptior.

§. 20. Secunda pars Missæ primario pertinet ad celebrationem Sacrificij ad quam tantummodo admitterentur fideles iam perfecte instructi in cognitione supernaturali mysteriorum fidei: unde dicebatur hæc pars Missæ fide- lium, sicut prima vocabatur Missa Catechumenorum, quia ad illam tantum admitterebantur: quia vero hæc pars missæ proprie continet mysteria Christianismi primaria, quorum notitiam habemus per traditionem à temporibus Apostolorum, ut ait D. Basilus: ideo rationi consonum est ut solis Christianis concedatur eius interesse celebrationi & ea ratione vocetur Missa Christianorum, quos Sacerdos exhortatur ut se præparent ad contemplationem huius mysterij quod sequitur in Missa quæ inchoat: hoc enim significant verba illa quibus Sacerdos in principio populum salutatur: Dominus vobiscum: & statim post reddidit à populo responsum illum mox, ut oratione & meditatione se præparet ad oblationem Divini huius sacrificij his nimirum: *Oramus*: hic etenim nullam indicat publicam orationem, ut alias, quam in persona pronuntiat populi, sed propriam personam quasi excitat illo verbo seu ferventi oratione, per quam se sacrificio præparet, quatenus tanquam Dei conspectui gratum, acceptet quod singuli de populo illi debent, per ipsum quod offert Sacerdos. Ita loquitur Pontifex Innocentius: quæ de causa principium huius secundæ partis, ex qua Missam prosequitur Sacerdos, vocatur offertorium: quia secundum antiquissimam Ecclesiæ consuetudinem fideles in ipso munera offerebant. Unde colligitur alia ratio cur dictum sit offertorium, nimirum quia tunc Sacerdos de manibus fidelium dona recipit quæ Deo consecrant: cuius consuetudinis meminit Pontifex Pius primus in suis Decretalibus & alij multi quos citat Smares.

I. Secunda pars Missæ exponitur.

Lib. de Spiritu S. c. 27.

II. Et dicitur Offertorium.

3. p. q. 83. a. 2. sec. 1.

Ex quo notandum hanc oblationem quæ fit in hac secunda parte Missæ, non esse illam in qua consistit essentialis ratio Sacrificij, de qua

disputat Theologus alio loco, sed esse tantum velut quandam materiam dedicationem quæ sacrificij debet post consecrationem futuram, ad quam refertur & dirigatur quicquid hic agit & loquitur Sacerdos. Huius oblationis quam dicit agit Sacerdos, eo sensu quo diximus, materia est Panis & vinum ut in illa designetur Sacerdos unum Christi, communicatum & ab ipso derivatum in Sacerdotem, cuius virtute eius nomine hoc offert Sacrificium. Secundum ordinem Melchisedech, ut hoc clare dicit D. Basilus: *et Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech*: nec enim offerre oves, agnos, boves &c. Ut Aaron in suis Sacrificijs, sed panem & Vinum, sicut offerebat Melchisedech in suo, Divinum hoc præfigurans sacrificium quod offerimus in virtute Sacerdotij Christi.

In hac materia Panis & Vini quam offert Sacerdos multa occurrunt notanda mysteria. Primo, quod sit Panis absque fermento, quia in illo consecravit Christus, quando enim certum perfecti legalem, iam Pascha incipiebat: Et fermentum non inveniatur in domibus Iudeorum: cum enim omnes Iudei iam Paschalis solemnitatem celebrarent, in qua nefas erat veli fermento, ideo Christus illud non invenit, unde celebrare debuit in pane non fermentato, ipso die eius institutionis, qui fuit primus dies Azymorum: quia Paschalis celebritas incipiebat ad vespere in hunc decima quartæ mensis Martij, atque in hoc die post sacrificium Agni Paschalis instituit Christus SS. Sacramentum, quem D. Ioann. diem vocat ante Pascha & ceteri Evangelistæ: *Primus dies Azymorum*. Et iuxta Dei sancitum esse non poterat in domibus Iudeorum panis fermentatus, ob quam causam illum Christus non invenit, ac proinde consecravit in pane Azymo id est non fermentato: nec absque hic Divina providentia, quæ singulariter hoc ita disposuit propter convenientiam ob quam Christus in hoc pane consecraret, nimirum ad declarandum præ clara mysteria quæ nobis in hoc exponuntur, quæ secunda fide & doctrina nobis explicat D. Thom. ait enim: cum panis ille esse deberet materia SS. Sacramenti sub cuius speciebus lateret SS. Christi Corpus, absque illa peccati corruptione conceptum, ea de causa convenienter fuit ut panis electus in materiam huius Sacramenti, panis esset liber ab ea corruptione, quæ est in illo cui fermentum immiscetur: Et similiter quia in illo pane sine mixtura fidelibus nobis immutatur qua suavititate & ani-

ma puritate deceat ut hoc SS. suscipiamus. Sacramentum: si namque in illa materia sub eius speciebus oportebat latere SS. Christi Corpus, non permitteretur rei corrupturæ mixtura, etiam in peccatore nostro esse debeat velut in loco quietis, quia Deus sibi quietem re putavit & delicias esse cum hominibus: *Delicia mea est cum filiis hominum*: indubie talem ab illo petit sinceritatem & puritatem, quam summa Divini huius Sacramenti puritas & obulat: desiderat Deus cor illius qui eum recepturus est ab omni corruptione liberum, purum & simplex ut ita possit in illo suas imprimere condiciones, nec quiquam in ipso ponat ei impedimentum.

Secundo considerandum in hac materia panis & vinum quam offerit sacerdos in Missa, velut singulare mysterium, quod vino valde modica miscetur aqua. Concilium Triburense præcepit ut adeo modica vino infunderetur aqua, ut tertiam eius partem non excederet: quoniam Patres Concilii Generalis Florentini iudicaverunt nimium hoc esse, videlicet illam magis hauriaturus dicendo ut esset *Aqua modicissima*. Perio Domine, quid causæ subest cum materia Sanguinis Christi Sacramenti sit vinum, sicut panis corporis est SS. non præcipiat Ecclesia panis quidquam admisceri, vinum tamen misceri aqua licet modicissima? An forte in eius sanguine pretiosissimo minor est sinceritas & puritas: hanc enim panis significat Azymus & absque fermento, quam in SS. eius Corpore nequaquam. Sciamus igitur cur in pane tanta debeat esse puritas & sinceritas; quæ tamen in vino non servatur: quoniam mandat Ecclesia fieri mixturam aquæ cum vino? Hanc questionem ingeniose obiecit D. Thom. atque ad eius solutionem in corpore articuli huius celestem ex SS. Pambus profert doctrinam, cui confortiter respondet primo, ex Papa Alexandro: cum enim in sanguine nobis expressus ac clarissimus Passio Christi Domini repræsentetur, in qua sanguinem profundum & aquam ut ait Evangelista D. Ioan. ex vultu perfossi lateris: *Constitutus est sanguis & aqua*: ideo in calice non patitur Ecclesia solum vinum ac solum aquam sed utriusque mixtionem: cum ex aperto Christi latere hæc duo abundantissime profuxerint: *Non debet in calice Domini vinum solum, aut aqua sola offerri, sed utrumque permixtum: quia utrumque ex latere eius in Passione sua profuxisse legitur*. Secundo ex eo quod docet D. Ambrosius. *Lib. de Sa. ut declararetur virtus effectus huius Sacra-*

menti, nempe nobis cæli portas aperire & ingressum ad gloriam exhibere: unde ad huius significationem aqua calici infunditur: aqua etenim, de qua Christus apud D. Ioan. ducit ad vitam æternam: *Fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam*. Ita hoc exponit Div. Ambrosius verbis: *Redundat aqua in calicem & salis in vinum æternam*.

Tercio & proposito nostro convenienter Ratio 3^a propter illud quod ait Papa Iohannes, aqua significare populum: *Aqua multa populi sunt*: vinum autem indicare pretiosum Christi sanguinem: quapropter mixto aquæ cum vino in calice denotabit unionem populi cum Christo. *Videmus in aqua populum intelligi, in vino vero ostendi sanguinem Christi*: Hinc quasi per evidentem consequentiam concludit D. Thom. *Ergo cum in calice vino aqua miscetur, Christo populus adiungitur*. Ut igitur hæc denotentur Mystera sit hæc vini et aqua unio, licet in pane nulla permitatur: quia incorporatio populi cum sanguine Christi fieri debet ad sacrificium quod præparatur: *Sint unum sicut & nos*, quocirca ut illud quod populus offert gratum sit æterno Patri sacrificium, uniat & incorporatur Christo quam unionem significat hæc aquæ cum vino mixtura.

Quando reformidas aliquid alteri proponere, eo quod timeas illi fore per se minus gratum, Similitudine illi adiungis ipsi gratum, ut hoc modo prius do recipiat & in gratiam suam admittat. Cæpe similitudinem, quando offerre intendis Patri filium suum olim illi contumacem & ingratum, quem in tantæ rebellionis aut ingratiudinis penam à facie sua & gratia reiecit; non præsumis illum Patri sistere ut eum in pristinam admittat gratiam; sed alium associas illi filium obedientem, qui quæ Patri suo ob motum integritatem patetque inclinationes sit gratissimus; quatenus ad latus illius alterum recipiat, hoc idem igitur nobis declarat Ecclesia; nos ipsos Deo offerre oportet, quia hoc sacrificium est Christi quod offerimus, & nostrum, etenim nos æterno Patri conferramus. Verum tamen in quantum per nos ipsos offerimus illi sacrificium non admodum gratum, eo quod ut filij contumaces & ingrati illum offenderimus: ut nos in gratiam recipiat & similis illi acceptum sacrificium, incorporemus nos ipsos & coniungamus fratri nostro primogenito Christo. *Primogenitus in multis fratribus*: est enim filius Patri suo gratissimus: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit*, & nos Divino sub oblatos consecrati ut acceptabile admittet sacrificium.

Quando reformidas aliquid alteri proponere, eo quod timeas illi fore per se minus gratum, Similitudine illi adiungis ipsi gratum, ut hoc modo prius do recipiat & in gratiam suam admittat. Cæpe similitudinem, quando offerre intendis Patri filium suum olim illi contumacem & ingratum, quem in tantæ rebellionis aut ingratiudinis penam à facie sua & gratia reiecit; non præsumis illum Patri sistere ut eum in pristinam admittat gratiam; sed alium associas illi filium obedientem, qui quæ Patri suo ob motum integritatem patetque inclinationes sit gratissimus; quatenus ad latus illius alterum recipiat, hoc idem igitur nobis declarat Ecclesia; nos ipsos Deo offerre oportet, quia hoc sacrificium est Christi quod offerimus, & nostrum, etenim nos æterno Patri conferramus. Verum tamen in quantum per nos ipsos offerimus illi sacrificium non admodum gratum, eo quod ut filij contumaces & ingrati illum offenderimus: ut nos in gratiam recipiat & similis illi acceptum sacrificium, incorporemus nos ipsos & coniungamus fratri nostro primogenito Christo. *Primogenitus in multis fratribus*: est enim filius Patri suo gratissimus: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit*, & nos Divino sub oblatos consecrati ut acceptabile admittet sacrificium.

VI.
Nos per Christum Patri oblati gratissimi sumus.

ficiam tantoperè enim Christus Patri suo placet, ut quidquid in nobis illi displicet, eius comparatione sit velut gutta aquæ respectu a. ylli & profunditatis aquarum totius pelagi: *Sicut gutta rosæ ante te orbis terrarum*: nos omnes unica sumus gutta: omnes enim homines omniaque mundi peccata instar guttæ sunt, quæ in manū pretiosi Christi sanguinis absorbetur: fuit etenim adeo pretiosus, ut sicut declarat Papa Clemens Sextus, una gutta valoris sit infiniti ad redemptionem nullum mundorum: quocirca adiungatur aqua sanguini vel vino, ut tu similiter hic coniungas cor tuum, animam, cogitationes, actiones, affectus & verba: *Coniunges te hostiæ*: ita namque olim, in lege veteri frequens erat hæc ceremonia, ut dum offerretur Sacrificium manus super caput eius quod offerendum erat, imponebantur: q. d. Ego ex me ipso nequeo satisfacere Deo pro debitis, ut autem illum permoueas, quatenus me in gratiam suam recipiat huic me coniungo hostiæ illi gratæ, ut à Deo hæc mei cum illa vnione obtineam, quod per me ipsum mihi est impossibile.

VII. Unde ab Offeritorio Missæ tibi persuade quod duplex oblatio- nis materia. cor tuum, animam, & facultates illi coniuncta habeas, ut autem indicetur quod te pariter offeras, decrevit Ecclesia oblationem populi, quæ licet dicat D. Remigius quod vocetur oblatio, quia Subdiaconus illam præsentat & velut offert Diacono, hic autem Sacerdoti, nihilominus sic etiam vocatur quia omnes eam offerunt, & hæc de causa hortabatur Papa Alexander fideles ut omnes offerrent dona sua, quatenus Diuino satisfaciant præcepto in Exodo: *Non appa- rebis in conspectu Dei tui vacuus*, similiter ut Re- gis imiteris David, cuius primasium hoc erat studium offerre Deo quidquid boni possidebat: & hoc idem à populo suo deposcebat, quem exhortabatur ut Deo similiter de se ipso Sacrificiū offerret: & velut hæc celestis disciplina instruitus comitabatur populus Sacrificiū Regis sui, per illud quod singuli in particulari sacrificabant.

Ego in simplicitate cordis mei lætus obuii vniversæ huic & populum suum quæ hic reperitur est, vidi cum ingenti gaudio tibi offerre donaria. Ex quo argumentum sumpsit Ecclesia ab antiquis temporibus obligandi populum ut aliquid in Missa Deo dedicaret. Papa Pius primus in suis Decretalibus huic meminit oblationis. Et Papa Fabianus monet omnes ut saltem diebus Dominicis aliquid offerant in Missa quam audierint: & colligitur hæc antiqua consuetudo ex eo quod

multi SS. Patres, quos auctor citat Nöterius adducunt in huius confirmationem. Antiquissimus Terullianus & D. Theodor. in d. p. tus referunt illud exemplum quod manifeste præcipit prædicta confirmat: qualiter Theodosius Sacerdos sacrificium Deo offerret in Altari, illud Sacrificiū coniungens quod in ipso offerrebat D. Ambros. illi. Ut autem Sacrificium hoc quod Deo litatur, est voluntarium, idcirco ut voluntatis in hoc opere extirparet alacritas, D. Grego. statuit ut in signum huius hilaritatis, caneretur Offeritorium: dicit etenim Spiritus S. eius gratam esse oblationem, qui illam voluntate defert excitata: *Hilarem & letum in datorem diligit Deus*: quoniam in Veteri Testamento, legimus, quod Leuitus incumberat ex officio & consuetudine, canere quo cantu tempore victimæ Deo litabantur, & antea habebat Sacrificium: Sicut illud notat Dn. Hieronimus: quia ipsi Leuitæ vocibus suis musicæ adhibebant instrumenta, in figuram eius quod postmodum lex gratiæ in Ecclesia perfectæ: idcirco introductum fuit ut tempore Offeritorij organa pulsarentur & iolemais audiretur musica, in testimonium interiore gaudij quod in cordibus fidelium ex oblatio Deo præstiti Sacrificij, excitatur. Ut autem nostra Deo gratia sit hæc oblatio Sacerdotis coniungitur oblationi quæ fit in Altari, quo declaratur quod sicut Dei Filius se coniunxit humanitati venturus pro salute nostra, & passurus ignominias, iniurias & cruciatus: ita nos ut delictis, voluntatibus carisque gaudijs persequamur, opus est ut totiplo Sacrificio copulemus quod nomine & persona Christi Sacerdos offert in Altari, ut ita præstitimus & in gratiam æterni Patris, dum eius nos distimus aspectui recipiamur.

§. 20. Quanto magis Sacerdos appropinquat ad consecrationem, tanto maior requiritur puritas mentisque ad ea quæ in Missa agantur, attentio: idcirco Sacerdos ut ambo hæc indicet, sibi manus abluit, rogatque populum, ut pro eo supplicet, sintque omnes attentis Sacrificio.

Dum interim chorus decantat Offerentiæ sumit Sacerdos materiam sacrificij, panem scilicet, & vinum calici infusum, illumque Patri offert in hæc verba. *Insuper Sancte*

349. 10123

Habetur c. Om. Christ. de Consecr. Exo. 13. 15

1. Paral. 29. 17.

Epist. 3.

He. in Ps. Pater hanc oblationem etc. Personam hic repræsentat Christi, qui seipsum obtulit aeterno Patri, & iam propius accedit ad sacrificium. Expendit hic D. Chrysol. Theodoret. & Tertull sacrificium fuisse summæ puritatis, illud nominando: *Hoffiam puram*, vel cum prædictis PP. *Sacrificiū purum*: omneque Sancti de hoc pronuntiat vult, esse ipsam puritatem. Hunc illi titulum adscripsit D. Cyprian. qui demonstrans quam iusta sit Ecclesie dispositio, interdicens omnibus comæditis ne ad S. accedant. Communionem diuini huius sacrificij, sic ait: *Puto nec Maieftati diuina, nec*

Enangelica disciplina congruere, ut pudor & honor Ecclesie, tam turpi & infami contagione fædetur.

L. 1. Ep. 10

I. Vbi primo notandum, sermonem esse de Communionis illius tempore, qui in suis repræsentationibus obsecens & immundis actionibus popululum detinebant, secundum rei exigentiam: & plane indecens est vt illi tanta turpitudine, & libidine prostituti, ad ipsam accedant puritatem huius sacrificij, quod D. Cyprian. in abstracto (iuxta Logicos) vocat puritatem, quo significet quod sicut forma omnis puritatis & sanctitatis Deus se nobis in illo communicat: ita hac participatione indignus est, qui taliter accedit, vt eius puritas conscientie non respondeat sacrificij tati puritati.

II. Argumentum sane efficax quod nos confundit, qui accedimus illud oblatum, & eos pariter, qui accedunt illud accepturi, cogitque toto conamine adlaborare, vt hanc animæ nostræ munditiam & conscientie puritatem acquiramus: & pariter meditationem mysterij adeo sublimis, & humilitatis ex nostra indignitate, abiectione & miseria.

Vt vero intelligamus hæc duo nobis necessaria, vt præparati accedamus. Hic vbi Sacerdos propius accedit ad consecrationem sacrificij, & oblationem materiam consecrata, nobis incipit præferre dum sibi lauat manus quid hoc significet, nimirum emundationem non solum a culpis grauioribus, vt ad Missam accedamus, sed etiam a valde leuibus & minimis peccatis venialibus: etenim vt hanc denotet munditiam, tantum extremitatem eluit digitum, quod semper hanc indicauit puritatem: quod ipsum Christus insinuaui: etenim instituitur SS. Sacramentum prius pedes abluat discipulorum, eaque actione demonstrauit & verbis quibus D. Petrum instruxit, supponendam esse ad S. Communionem munditiam a peccatis grauioribus, & similiter a venialibus & leuioribus. *Qui lotus est non indiget, nisi vt pedes lauet.* In primo supponit mundum esse oportere ab omni eo quod animam potest inquinare, & postquam hanc consecutus est

III. Hanc signat ablutio digitorum.

Ita. 11. 10

munditiam, quam omnes Apostoli in hac institutione habuerunt, vt ad hoc accedat sacrificium, requiritur vt extrema abluat, quibus perfecta notatur mundities, etiam a minimis & extremis quibus fedari possumus, inquinamentis: Ita docet D. Dionys. *Extremitatum ablutio significat emundationem etiam a minimis peccatis.* Et addit D. Thom. *Et talis emundatio requiritur ab eo qui accedit ad hoc Sacramentum.* Summam requirit puritatem etiam a minimis & venialibus, quibus anima possit inquinari: nam etiam illa profectum impedire possunt, quem in nobis Sacram. hoc offerretur: vt enim si Deo gratius ex parte illud offerentis, sicut est ex parte eius qui hoc in illo dedicat, oportet vt & in ipso omnimoda sit animæ puritas.

Respexit Dominus ad Abel & ad munera eius; quasi per hoc significans quod ipse subiectum esset acceptum, & hoc primo supponendum in Sacerdote hoc offerente, vt ipse Deo sit acceptus ob animæ motorem, & conscientie puritatem, quam requirit summa illa huius sacrificij puritas: vt enim declararet quod ex ea Deo infinite gratus esset, ait: *Et ad munera eius.* Quasi correspondens illi puritati quæ Sacerdotem deceret communicantem, ea puritas quam in se sacrificium complectitur. Mea sententia declarathoc D. Chrysoltoim. *Ad habermum conuincimus, qui solemnem frequentia conuenis, & cum Chrysi discipulo in immolatione Agni Pascha facere festinatis, sincera quæ sit, & plena e charitatis pectora, diuini exhibete mysterijs: nulla sit in mente duplicitas, nec liuori libidine interior homo suscipere: agnum comesturus agni immensitiam præferat, nec immaculata ouis membra lupina malignitate transfundas in viscera.* A Sacerdote hoc celebrante sacrificium, & ab illud frequentante postulat D. Chrysolto. puritatem sinceritatemque agni qui in eo offertur, nempe Christi Domini. *Ece Agnus Dei.* Non intendit nos ad æqualem constringere sinceritatem quam habet agnus ille qui offertur, sed ostendere, vt videns in hoc sacrificio tantam puritatem & sanctimoniam, nullatenus patiarur, vt ad illud accedat, nisi saltem aliquam habeat quæ huic correspondeat: atque per hoc (meo iudicio) declarat quam stricte teneamus ea qua fieri potest, vitæ sanctimoniam accedere, etiam minima purgata culpa quæ inquinare possit conscientiam, nec non ab omni terrene carnis ac sanguinis affectu omnino liberi: cum enim in hoc sacrificio Deo pascamur, par est vt aliquibus Dei conditionibus accedamus ornati: etenim cor aufferre carnis ac sanguinis occupatum affectibus, quantum

De cale. hierarib. 2.3.

3. p. 2. 2. 4. ad 1.

IV. Puritas a venialibus. *Gen. 4. 4.*

D. Chry. *In princip. illarum 7. Hom. de Proditors & Cana.*



rumis lenibus, proculdubio gaudio delicia-
rum, quibus anima ex hoc possit cibo recreari,
porta obferatur: sic enim ait D. Aug. *Præceptum
Ser. 77. de desiderijs secularibus animum delectatio san-
35mpo. 6. cta declinat: & hoc est ratio D. Aug. nec miser
poterat vana veris, æterna caducis, spiritalia car-
nalibus, ut pariter sapias qua sursum sunt, & qua
saper terram, sed discernenda sunt. Et separanda
qua humana sunt, & extra velum relinquenda ei,
qui ad Sancta Sanctorum accedere intendit. Hæc
est anima puritas, qua docet nos acceden-
dum ad caeleste hoc sacrificium, Sacerdos dum
extrema digitorum abluit, ut nobis hoc profit
sacrificium.*

¶ 56 Secundo, quod huic requiritur meditatio in-
V. finitæ magnitudinis qua in illo offertur, & cog-
Etiam re- nitio nostræ miseræ ac vilitatis: atque ad huius
quitur declarationem petit à Deo Sacerdos: *In spiritu
pia medi- humilitatis & in animo contrito suscipiamur à te
tatio. Domine.* Quia vero meditatio tanti boni quod
nobis Deus largiturus est, est velut med. u. ma-
xime congruum ad obtinendum finem intentū,
ut Deo acceptum sit sacrificium, nobisque vile,
idecirco ut illud assequamur, petit Sacerdos con-
uersus ad populum, ut suas cum illo coniungat
orationes, ut ita profit omnibus, omnesque ex eo
optatam referant vilitatem: quod verbis illis
exprimit conuersus ad populum: *Orate fratres ut
meum ac vestrum sacrificium. Ecce.* Profunda ete-
nim meditatio, & animus addictus contem-
plationi eius quod præ manibus habemus, & in Mis-
sa sacrificamus ac Patri offerimus, nempe Chri-
sti, ipse causa erit, ut in nobis diuinum hoc
sacrificium secundum virtutis suæ operetur ex-
cellentiam.

Quantum opinor de hoc nos præmonuit D.
Apo. 2. 17. Ioan. dum Christum nominat: *Calculum can-
didum;* & patet hæc euidenter, si communem S.
Paginæ loquendi formulam attendamus, qua
Christum appellat lapidem ut constat ex *Maia*,
Isa. 28. 16 ubi ad litteram de Christo loquitur: *Mittam in
Sion lapidem, probatum, angularem, pretiosum.*
Quæ omnia convenientissime quadrant SS. Sa-
cramento, quod in Missa offerimus. Ut autem
S. textus nobis exponat quam attentam, matu-
riamque contemplatione sit accedendum, adiun-
git: *Qui crediderit non festinet.* q. d. Conuenit ad
illud accedere, non præcipitanter, non festina-
to, non mente distracta, quam in vobis generat
affectus ad inordinatam vestram voluptatem,
sed præmissa longa consideratione eius quod
vobis in hoc sacrificio representatur, nec non
magnitudinis beneficii à Deo concessi, tam per

spiritualem ac diuinam hanc escam, qua vitam
animæ spiritualem nutrias, quam per sacrifici-
cuius valore infinito dum Patri æterno offerimus
in satisfactionem debitorum tuorum, & sic de
rum qua commisit, perfecte Pater sibi tellu-
tur esse satisfactum, hoc igitur modo, & præmis-
sa hac præparatione ad illud accedito, ut tibi sit
emolumento. Si namque hæc tibi defuerit, ex di-
lo nihil aliud hauries quam ille, qui cadens su-
per lapidem sibi caput diffringit: sic ad hoc al-
ludit D. Marth. *Qui ceciderit super lapidem istum, Mater
confringetur.* Vbi patet illa præcipitatio, quæ am ille
adfert, qui nullo præmissa examine ac medi-
tatione ad diuinum hunc lapidem SS. Sacramen-
tum accedit in sacrificio Missæ, per illa verba:
Ceciderit. q. d. Sicut ille qui negligens accideret
vbi figat pedem, iabatur, & de petra ad ima præ-
cipitatur, quo casu sibi caput in mille collidit par-
tibus: si namque curiosus viam indagaret, quæ Sacer-
transit, non leue pateret sibi commedum pro-
ciscendo, ad terminum enim pertingeret itineus
sui desideratum, similiter qui hoc frequentat
Sacram. non attendit vbi pedes figat animæ, in-
telectus s. c. ac voluntatis, sacrificij ritæ perpen-
denti excellentiam, & suauitatem saporemque
cibi sibi traditi: absit ut intentum profectus
iter ad beatitudinem per Christum Dominum
nostrum, qui nobis hic tribuitur sub specie pan-
nis, imo propter nimiam suam festinationem
qua præproptere communicat, corruet & offen-
det in diuinum hunc lapidem, quem propter du-
ritiam cordis sui qua accedit durissimum expe-
rietur. Quod D. Aug. in verbis illis aduertit: ete-
nim Christo Domino de caelesti hoc Sacram.
disputanti, respondit illi corde obdurato &
lapideo: *Durus est hic sermo:* durus est hic diu-
nus cibus ac sacrificium, sed ijs tantum opo-
accidunt cordo, quales sunt, qui absque vlla me-
ditatione & conscientia examine præsumunt
illum aut offerre aut accipere: & ita dicitur: *Durus
est hic sermo durus,* illi namque qui tanta il-
lud Sacram. frequentant duritiam, experientur il-
lud durum in ista durissimi lapidis, qui ex auidi-
cie suæ præcipitane in illum corruunt, & cap-
put diffringunt, quandoquidem quibus esse ca-
sa debet salutis, fit eis condemnationis
mortisque argumentum: & tanto eorum erit
maior condemnatio, grauiorque collisio, quanto
minus fuerit examen & mysterij quod frequen-
tant præmeditatio.

Rationem hanc eleganter prosequitur D. Cyp-
pria. causans allegans cur Sacram. hoc effectus
producat contrarios in ijs qui præcipitanter
ni-
17 40

D. Cyr. in s. accedunt, & in ijs qui puritate conscientia nitidi, & examine ac meditatione premiffa feruidi, s. sumunt Synaxim: declarat autem discipulum hoc non provenire ex parte Sacramenti, sed dispositionis illud aut offerentis aut accipientis. Sacramenta (sic ipse) quantum in se est, sine propria virtute esse non possunt, nec vilo modo divina se absentat maiestas mysterij: sed quantum ab indignis se sumi vel contingi Sacramenta permittant, non possunt: tamen spiritus est participes, quorum indignitas tanta sanctitudinis contradicit, Ideoque alijs sunt hac munera odor vite in vita, alij odor mortis in mortem: quia omnino iustum est, vt tanto praesentur beneficio gratia contemptores, nec in indignis tanta puritas sua faciat mansuetum. Vt opinor respondet D. Cypria. quæstioni ex eo quod Deus cum sit summum bonum, & vbiicumque praesens est se communicet in salutem eorum qui illo perfiruntur, hic tamen vbi vere & realiter adest, & eundem deberemus experiri effectum, cum omnibus ad sit praesens, pro omnibus offeratur, & omnes qui volunt, illum recipiant, & inde oriri possit dubium, cur Deus inquam hec summum bonum, se SS. Sacramento absentet, respectu eorum qui non vitam sed mortem sibi in illo consequuntur: cum Deus sit ipsa vita, vix fieri posse quis credat, quod vbi est, & ei qui illum recipit, mortem possit adferre: cui lubilliter respondet D. Cypria. damnum illud non venire, quia virtus illi deficit Sacramenti, ne salutem inferat communicanti, nec vt intelligamus quod ab illo se Christi maiestas absentet: Nec vilo modo divina se absentat Maiestas: nec quia illum non omnes recipiunt, nec quia pro omnibus se non sacrificat: in quibusdam operatur criminum illorum indulgentiam, & in alijs auget gravitatem & numerum eorum, sed quia indigne accesserunt nulla preparatione, nullo examine conscientie dissoluti ad diuinum hoc sacrificium: haec autem indignitas paruaque dissolutio supremæ huius sacrificij contradicit sanctitatis: unde tales praesentes accedere, eius fructibus non participant: vitæ autem ex illo participant qui preparatione vitæ spiritualis illud offerunt & recipiunt: mortem autem qui velut mortui nihil considerantes, non se praeparantes quasi præcipientes se in illud conijciunt quo sibi caput distrauant. Tales etenim, iudice Diu. Cypriano, contemptores sunt thesauri gratiae Dei, nec expedit vt ex eo ditentur, qui quasi talis non esset, illum excipiunt, nec ipse in illis ingressum iument, cum illi portas suo contemptu & socordia occludant.

IX. Vnde effectus adeo oppositi ex eodem Sacramento.

Vnde vt in tantam non salamur miseriam, hortatur nos Sacerdos vt ante ingressum ad sacrificium iam proximum nos animæ puritate & pia meditatione praeparemus, vt hoc modo Deo fiat acceptabile: *Vt moue ac vestrum pariter in conspectu Domini sit acceptum sacrificium.* & ita fructuum atque effectuum efficiamur participes, quos diuina sua producit virtute: nempe vitæ spiritualis & diuinæ, & plenæ scelestorum nostrorum satisfactionis, & eorum quæ Deo debemus in gratitudinem beneficiorum quibus nos cumulat. Et ni fallor, in hoc sequitur Ecclesia, quæ à Sacerdote has fieri decernit actiones, ad debitæ preparationis indicium, consilium Spiritus S. in L. Proverbiorum. *Quando sederis vt comedas cum Principe, diligenter attende qua apposita sunt ante faciem tuam.* Nam secundum expositionem D. Ambro. & D. August. loquitur hic de SS. Sacramento, quod in hoc sacrificio offerimus, & confirmatur ex versione Septuaginta. *Si sederis cenare ad mensam potentis, sapienter intendite qua apponuntur tibi.* Vocat S. Eloquium mensam Potentis SS. Sacramentum, in quo Deus diuinam suam manifestat omnipotentiam, in admirabili & instant aenea transubstantiatione substantiæ panis in substantiam corporis Christi, cum immutatio substantiarum, & conuersio vnius in alteram fieri non possit nisi per omnipotentiam Dei: idcirco igitur dicitur mensa Principis seu potentis: & vt ostendatur quanta sit ad illam attentione & preparatione accedendum, adiungitur: *Quando sederis, quo supponitur hac dispositione cibum hunc sumendum, quod frequentia verba clarius exprimit: Sapienter intendite, qua apponuntur tibi, attende quid sub his lateat speciebus: quia considerans Deum hic tibi in cibum proponi, & bucellam hanc tantæ esse puritatis & eminentiæ, stomachum oportet vt adferas animæ tuæ sitæ preparatum, & insigni munditia renitentem, illum recepturus.*

X. Sacerdotis exhortatio ad populum.

Proh. 2. 1-1

XI. Consilium Spiritus S.

58

Si quæras quanam hæc esse debeat preparatio, audi D. Augu. tibi hanc exponentem: in hoc ipso Sacramento, eiusque institutione exemplar inuenies clarissimum, in quo velut in speculo conspicias quod ipse te docet, vt inde debitam conscientiae communicandi dispositionem. Sicut enim Christus Dominus hoc instituit Sacramentum instituit nobisque tradidit, quando cor eius tanto flagra hoc Sabat ipse charitatis erga homines, vt non solum camen nobis remanserit in cibum, sed insuper summa modum voluptate in eorum redemptionem seipsam tradidit flagellis, ignominijs, coronæ spinæ, Crucis ad illud ei denique & mortis: ita eodem modo Sacerdos accedens qui di.

H h z

qui illum & offert & recipit ut Sacramentum, & Christianus in S. Communionem illum manducans, oportet ut taliter se conseruet eius amoris, ut data occasione summa mentis alacritate vitam profunderet, seipsum mille cruciatibus, penis, mortificationibus, ignominijs & cruci subiiciens, si necessitas hoc postularat: itaque nullus sit in eo affectus alius, nullum desiderium, & voluntas nulla, quam Deo pari animæ suæ traditione satisfaciendi, qua Christus seipsum in SS. tradidit Sacramento. Sitque in omnibus voluntas ira diuinæ resignata & subiecta ad omnia eius præcepta & verba, ut hic innotescat, qualiter Christus se submitat Sacerdoti: nam sicut Deus ad verba Sacerdotis in consecratione se ita promptum exhibet & expeditum, ut quasi in illis ipsi obediens, quæ primum pronuntiata sunt; statim Christus adsit sub illis accidentibus: ita pariter Sacerdos & communicans eadem accedant præparatione qui correspondeat illi adeo promptæ obedientiæ: nempe se Deo ostendat obedientissimum quoad omnia diuina eius præcepta, ita ut in nullo eorum deficiat, sed promptissima obedientia ad eius diuina verba paratus sit illis obtemperare. Hæc à nobis postulat dispositio, & hanc declarat Sacerdos in illis actionibus quas ante sacrificium & consecrationem præmittit.

6. 21. *In reliquis Missæ actionibus que subsequuntur, indicantur illa, quas Christus ante Passionem suam mortemque operatus est, ad salutem & glorificationem nostram: qua ad finem per benedictionem Sacerdotis exprimitur.*

59. **V**T iam appropinquat hora sacrificij proceditur Sacerdos representans vitam Christi, & quidquid ad Passionem eius mortemque spectat: cum autem sacrificium iam inflet, atque in eo nobis mors eius representetur: ex tunc eius prima proponit principia: nimirum illud silentium, quod obseruat Sacerdos in orationibus secretis: illud etenim denotat silentium quo Christus tacuit, nam data iam & pronuntiata Rom. II. 54. contra illum mortis sententia: *Iam non in palam ambulabat apud Iudeos, sed abiit in regionem iuxta desertum.* Iam publice non concionabatur, nec in Synogoga Iudeorum; vel ut ait V. Valdensis, quod significat primum illud silentium quo Christus siluit in hortu, quando recedens ab Apostolis

quis Patrem orauit, ut si possibile foret, transferret ab eo Calix Passionis ac mortis, in signum quod veram haberet naturam hominis mortalis, quodque ut talis mortem exhorresceret, ex cuius formidine hæc Christus verba pronuntiavit. *Pater Mater si possibile est, transeat à me calix iste.* quo dum occupatur subito prorumpit Sacerdos, & silentium infringit, quo significet, quod, dum Iudei sibi perlindebant, Christum iam obtinuisse, ipse Hierusalem ingreditur Dominica Palmaram, cui ut triumphatori mortis canticum illud, celebrimum gloriæ laudisve eius occurrunt: *O sanna filio David; benedictus qui venit in nomine Domini.* Et hoc Præfatio deuotam quam intro ducit Sacerdos, nimirum Iosephum illum procel. Præfationem, in qua Christum ut Regem Israel accedunt, qui præbuit & qui sequebantur, quo dicitur intelligi veteres illos Patres Christum adorasse ut verum Messiam, per fidem quam habebant quod esset venturus: & Sancti noui Testamenti qui illum iam habuerunt præsentem & cognoscunt per fidem supernaturalem Christum esse verum Messiam, quem antiqui illi Patres expectauerunt, & qui ad salutem omnium uenit: hæc omnia nobis designat ista Præfatio, veritas scilicet confessiones diuinitatis Christi, quibus illum honorant in illo solenni adu. ingressu, quo receperunt eum intrantem Hierusalem: fructus etenim miraculum non minimum quod Christus patrauit, ad nominis sui glorificationem, & hostium suorum confusionem: cum omnes per turbauerit præ rabie & uore sibi eorundem manducantes, quas manibus pedibusque ligas adstarent, ut triumphum illum impedire non potuerint: etenim Christus potestas eorum cohibuit iram uiresque compescuit quibus contra eum infremebant, ut quando ex honore quo passim excipiebatur magis iritabantur, seum non possent effundere uenenum, in Christum apprehendere, licet eum mortis reum proclamassent, et per omnes platearum angulos mortis sententiam intinuascent, nec non largissimas munera eis promississent, qui ipsum aut denuntiarent aut captum traferent: nec similiter impedit reuerentiam quam illi omnes deferabant; cum nullorum vel uerbulo obgannire præsumeret. Hanc igitur celebrem processionem indicat Præfatio Missæ, quam referente Hugone composuit D. Dionysius & postmodum Pæpa Gelasius illam à Græca Ecclesia transtulit ad Latinam & Romanam, uide non solum hic illam non composuit, sed nec primum fuit qui illam cantari iussit in Missa: quia ut ipse testatur Gelasius. *Epistola*

Can. In. mus novem Praefationes in Sacro Catalogo tan-
tummodo recipiendas : cit. a qua lege Magistrum
Soto : nec enim articulus est, qui modo tracta-
to 4. d. 13. tum exeat existitorem.

¶ 60. Nec solum Praefatio gloriosum hunc devo-
tar Christi ingressum, sed insuper nos ad maio-
rem excitat devotionem ad celebrandum hoc
sacramentum : unde postquam Sacerdos popul-
um cetero repetitis verbis salutavit : *Domini vo-*
biscum per que declarat sacrificium hoc modo
celebrandum adeo esse precellens, vt tam ipse
quam populus assistens singulari indigeat Dei
auxilio & gratia : quocirca nos quasi monet, vt
particulari attentione corda nostra sursum ad
Deum eleuemus : quatenus summa huic adhaerens
celstidini terrena haec & vilia nos ad se minime
pellat : hanc etenim dispositionem requirit altitu-
do sacrificij. Hoc nobis illis verbis indicatur : *Sur-*
sum cetera. quibus nobis vt opus or illud sugge-
rit ex Iob. *Eleuabitur aquila, & in arduis ponet*
nidum suum : inde contempletur caelum : cor ete-
nim gerit adeo nobile ac regale, vt quamuis in-
uerit terrae fructus sibi in alimentum sumen-
dos, nihilominus vult ascendere, saltem non vt
tale quid considerandos, sed ex sublimi, vt ita
generose suae satisfaciatur inclinationi. Hanc Dei
voluntas est vt cor habeamus adeo nobile &
deificatum, vt quamuis terrigenae sumus, & in
terra creati, ex qua commune nobis sumendum
est alimentum, nihilominus ad cae estis ci-
bi magnitudinem nobis in hoc sacrificio pra-
parati, contemdit, vt licet propter materiale cor-
pus nostrum figere teneamur pedem in his
terrenis, saltem corde & animo sursum ferra-
mur ad altiora contemplationis hoc diuinum
confideantes sacrificium : vt exinde supremam
eferre huius cognoscamus eminentiam : etenim
ad mysteria adeo sublimia cor nostrum, &
affectus nostrae voluntatis huius requiritur ele-
uationis.

¶ 61. Vt D. Ioan caelestem contemp'tetur Hiern-
salem suscollitur ab Angelo. *In montem magnum*
& altum : excellentia namque huius ciuitatis
cognosci non poterat ex inferiori loco nostri
hemisphaerij : mens & cogitatio sursum efferatur
in montem excelsae contemplationis : affectus
voluntatis sedem figat in altissimis & feruentis-
simis Dei desiderijs : dum enim ad tantam ascen-
derit celstidinem, tunc optime dispositus cele-
stis huius ciuitatis visione recreabitur, & de al-
tissimis, quae in eo reuelantur mysterijs instrue-
tur. Hic animus est erigendus ad huius myste-
rij celebrationem, & sacrificij adeo excellentis

oblationem : dumque eius celstidinem & dignita-
te acinetur in sublimi, nihil sit in Sacerdote
celebrante quod carnem sapiat aut sanguinem
Nihil iam terrenum suscipietis : quicquid in eo est
caeleste esse oportet & spirituale : nam sicut in
sacrificio post consecrationem nihil nisi acci-
dentia & species notamus naturales, tamen in
interiori quod fides manifestat non est nisi sub-
stantia supernaturalis Diuinae naturae & SS.
Corporis Christi : ita similiter in Sacerdote il-
lud offerente & in Christiano assistente illud-
que recipiente, licet quoad extrinsecus accidentia
videamus hominis, hominisque formam, quae ad
tamen interiora, totus sit spiritualis, Diuinus,
vitaeque praeserat supernaturalem & Deifica-
tam. Vt autem ad hanc accedat perfectionem,
mentem eleuet eiusque affectus, ad altitudinem
bonorum caelestium, & a terrenis his & cadu-
cis ac vilibus abstrahat, vt ita ad SS. preparetur
digne sacrificium.

Caelestis hic conceptus auctorem habet D. Et
Bernardum : *Intentiones, cogitationes, voluntates D. Bern-*
ardus, vultis ascendamus ad montem Domini. L. de amo-
ris Dominus videt & videtur. SS. Doctor omnes re Dei
intellectus sui & voluntatis actus inuitat, om-
nesque cordis sui affectus vt ascendat ad alti-
tudinem montis Sanctissimi scilicet ad Altare, docet D.
in quo Diuinum hoc offertur sacrificium : in quo Bern-
ardus videt & videtur. Videt nos Deus quia
particulari assistentia quasi appendit nostrae dis-
positionis affectum quo ad illum accedimus : Vi-
demus autem Deum, quia lumine fidei cognos-
cimus illum sub illis accidentibus : hic igitur, vult
D. Bernardus vt homo cum omnibus suis affe-
ctibus & inclinationibus ascendat : quia vero re-
memorari possunt eius ascensum terrenorum solli-
citudines ad eas se conuertit illasque alloqui-
tur : Cura, sollicitudines, anxietates, poena, seruiti-
um provero, ratione scilicet & intelligentia usque
illuc properantes postquam adorauerimus, reuertun-
mur ad vos. Vos sollicitudines, vos tribulationes
inquam & terrenorum molestias, manete cum
corpore irrationali in parte inferiori, vbi illae
sum habent locum, interim dum spiritu ratio-
nali ascendo ad illius sacrificij contemplatio-
nem, quod suprema tenor, ob eius excellen-
tiam, adoratione venerati. Spectat hic D. Bern-
ardus id quod contigit in eminentissimo illo Sacrifi-
cio Abraham, quando Deo praecipiente egressus Allegoria
est domo sua ac ciuitate filium suum vnigenitum de Sacri-
ficio Isaac immolaturus quem optimus lenex ficio A-
estimabat vt lumen oculorum suorum : deserit braham
enim

¶ 62. Oportet hanc mysteria contem-
plari.

VI.
VII.
VIII.



enim famulos suos, & egreditur nullo alio quā filio suo comite quā erat sacrificaturus, & afino qui ligna & facinas de ferret vsque ad montem in quo filium suum erat sacrificaturus: Cum iam ad altum montis per- enisset ligna depo- nit ab afino, eiusque humeros onerat filij sui, cæ- tera omnia derelinquens, quatenus hi duo tan- tum ad montis cacumen ascenderent: locus hic erat à Deo designatus in Sacrificium. Terreno- rum cura exprimitur per societatem Emulo- rum Abraham, afinus oneratus corpus denotat irration. le quo velut onere pecuniarum & labo- rum huius vitæ prægrauatum, ipsū est quod maiorem eorum sustinet partem. Porro quando ascendimus ad montem Ecclesiæ ad Sacrosan- ctum Missæ Sacrificium: nam in eius verticem id est ad Altare ascendit immolaturus Sacerdos, terrestrium sollicitudines, carnis ac sanguinis affectus foris remaneant nec intrent in tem- plum, & corpus irrationale i. parum maneat ne spiritum perturbet, nam velut alter Isaac se hic offert cum hoc sacrificio, ascendat solus cum eo ad cacumen affectuosa contemplatione & accedat ad verticem montis præparatione ex- pedita oblaturus sacrificium, operetur spiritus, & ascendat ad cognitionem eius excellentiæ: *Sustollam te super altitudinem nubium.* Altitudo nubium de qua loquitur hic spiritus S. est alti- tudo corporis SS. Christi Domini, eius animæ & Diuinitatis sub nubibus illorum acciden- tium: super illa ascendat cognitio quam nobis Deus infundit infinite huius magnitudinis per lumen supernaturale, quod nobis communicat: ascendat ergo intellectus rationalis cum hac dis- positione: hæc etenim est quam tantum requirit sacrificium, & nobis indicatur per exhortatio- nem Sacerdotis nobis dicentis: *Sursum corda, ut nect ad elevationem cordis.* *Leuemus corda nostra cum manibus ad Do- minum in caelum.* Quia vero in responsione quam chorus no- mine populi reddet sacerdoti, declaratur quod iam tales sint, prosequitur Sacerdos Deo gratias agens pro hoc beneficio, dicens: *Gratias agamus Domino Deo nostro,* & continuo respondet chorus: *Dignum & iustum est,* quasi diceret di- gnum est gratias Deo referre pro infinita libe- raltatis eius magnitudine, qua nos infinitis cum- ulat beneficijs bonisque celestibus, & ita hoc declaraturus ait: *Dignum est:* vique etiam expo- nat obligationem nostram gratias illi referendi pro debitis, quibus nec hæc beneficia subiece-

tunt quæ recepimus de manu illius, ait: *Et i-ustum est:* etenim tanto iustitiae illa tenemus re- cognoscere & quasi confirmans idem Sacerdos denno hoc repetit, dicens: *Vere dignum & iustum est,* suamque prosequitur præfationem declarat in illa perpetuas laudes quas spiritus Angelici ac beati in signum gratitudinis decantant pro- pter beneficia per Christum illis præstita, quo- nos impellat ut pariter cum illis perpetuas illi laudes infonemus: *Nos tibi semper & ubique gratias agere per Christum Dominum nostrum, Angeli per quem maiestatem tuam laudant Angeli &* *Et quamuis verum sit quod Angeli per Chri- stum non sunt redempti, quia eius non eguerunt Deo redemptione, nec illi qui illa eguerunt, iuuenes Christi eius capaces: nihilominus per Christum gratias referunt, quia per eius redemptionem non partici- pes reddidit eorum beatitudinis, nos locos eorum efficiens in possessione gloriæ eorum, & quasi demonstrando nos illis locos esse in la- dibus quas Deo reddimus, ipsam vtamus voci- bus, quibus Euangelicus Vates Isaac & Euan- gelista D. Ioann. audierunt illos conijuncta Deo personantes laudem Encomia: *Sanctus, Sanctus, Sanctus,* quocirca nos eisdem eleuantes voces An- gelorum, quas ipsi cum ipso mysterium confiteantur SS. X. Trinitatis, aequalitatem Filij cum Patre, & Spi- ritus S. cum Patre & Filio: nec non ad decla- randam vnitatem essentia ac nature Diuinitatis in personis his personis, sequentia subiunguntur. *Veterum vana: Dominus Deus Sabaoth* id est Dominus crea- torum, atque hoc cantico confiteantur illi: ut creatorem cæli & terre in eo quod dicitur: *Pleni sunt cæli & terra gloria tua.* Denique ad maiorem expositionem operum præfatione representemus ingressum Christi in Hierusalem, ipsam conclusionem verbis qui- bus vsi sunt qui Christum comitabantur ingre- dientem: *Benedixit qui venit in nomine Domini Deus.* Et decreuit Concilium Chalcedonense, ut in La- tina præfatione poneretur ex eo quod contigit Con- stantinopoli pro vt scribit D. Ioan. Damascenus: *Et cum enim lues contagiosa per vibem grassaretur, et tur & institueretur supplicatio in eam. Eum expo- sit Deo malo huic mederi signaretur. Ecce puer inopinato iuuenis quidam apparuit in caelum & post postillum reuersus testatur processionem se ibidem vidisse Angelorum decantantium: *San- ctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis, pro- ferere nobis:* quo dicto pestis plaga cessauit: vnde sanctum est vt in præfatione Missæ hoc cano- cum Deo caneretur, in signum gratitudinis pro tam singulari beneficio.**

Isai. 58.
14.

VIII.
Sacerdos
nos mo-
net ad
elevationem
cordis.
Thre. 3
41.

62



63. Post representatam palmarum festiuitatem proponimus Passionem Christi, quocirca itarim profundum illud incipit silentium, silentium indicans Christi in Passione sua: *No respondit ei al illam verbum, ita ut miraretur praesentem* **XII.** Quem stricium hoc seruante silentium despexit & derisit Herodes: Herodes illi sic dicitur ad cruciandum & nec verbum loquitur: *Sicut ouis a occisione non aperuit os suum.* Hoc significat silentium in hac parte Missae: quia vero terminus Passionis Christi Crux fuit, in qua Christus vitam pro hominibus profundius perfecit quamquam de se ac Passione sua scripserat Propheta: quia de causa in cruce significatur hanc consummationem, mystica illa & vltima protulit verba: *Consummatum est: idcirco durante hoc silentio non nisi cruce notamus quas efformat Sacerdos: Non aperuit os suum & rationem allegans D. Thom. cur Sacerdos tot efformet cruce, sic ait: in quantum* **XIII.** Passio Christi per duos gradus est gradus, & per varios gressus eius, diuentam est ad vltimum crucium tetanium, vt graduatio qua concluditur, declaratur, tot effingit Sacerdos: cruce, quas super sacrificium efformat.

Præterea sicut in passione per Deum Christus traditus est quasi qui hoc permittebat & ordinabat vt ita tradetur: *Qua manus tua & consilium tuum deseruerunt fieri aduersus puerum sanctum tuum iesum;* per iudam, hic enim tradidit eum Iudæis triginta argenteis venditum, & propter iudæos qui in ipso furoris sui bilem exereuerunt: declarat Sacerdos tres illas eorum species qui illum tradiderunt in primis tribus illis crucibus quas format dum ait: *Hæc dona hæc munera, hæc sancta sacrificia libera hæc significans hæc eminentia dona & bona, quæ in hoc mysterio consequimur sacrificio, nobis concessa fuisse per virtutem Passionis Christi, quæ sumpsit exordium ex traditione qua Deo Christus: tradidit, per iudam & iudæos. Christus venditus fuit sacerdotibus, scribis & pharisæis, & hoc declarat denuo repetitæ tres cruce in hæc verba: *Benedixit, adscripsit, ratam &c.* In duabus autem illis crucibus ad illa Verba: *Et nobis corpus & sanguis fuit &c.* declarat personam Iudæ illum vendentis, & Christi per illum venditi.*

Cum Christus cenaret cum discipulis suis in cena quasi designauit quid passurus esset quidque in Passione sua contingeret, & hanc præsignatione denotant duæ cruce quas efformat vnam in Consecratione corporis & alteram in Con-

secratione sanguinis quibus illum designat ad vramque dicens: *Benedixit &c.* Malechus Iudæorum furor contempsit Christum in Passione sua torfit vt nulli corporis eius sanctissimo membro parceret, quod diabolica non cruciavit immanitate, in tantum vt illum in eo locum inueniret illatum: *A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas.* Et quamuis corpus illius tot vulneribus lauciatum fuerit, nihilominus vulnera illa præ cæteris excelluerunt, & ab Ecclesia festiuius sunt celebrata, quæ recepit in manibus, pedibus & lateribus: fuerunt etenim velut quinque portæ ditissimæ, in SS. eius corpore aperte per quas intrare possemus & diuini gaudere Diuinitatis, quæ quasi occulta erat sub illa humanitate tam crudeliter excepta: vt autem hæc quinque pretiosissima vulnera represententur, sacerdos in Missa quinque efformat ad illa verba: *Hosiam puram, hosiam sanctam, hostiam immaculatam, Panem sanctum vite æternæ & calicem saluus perpetuus.* Quo significetur non fuisse propria erimna ob quæ tam seuera passus est, quandoquidem in ipsa Passione & oblatu æterno Patri in morte quam patiebatur, se declaratur purum esse sacrificium, sanctum, & immaculatum, quodque perpetuam daturus salutem vulnerum nostrorum id est scelerum infirmitati, illa in corpus suum assumeret: nam illa recipiebat vt propria, quatenus nobis propria redderet æternæ vite gaudia, mediante valore huius sacrificij infinito: hunc enim Passionis suæ Patri consecravit.

Tria præter cætera occurrerunt in Passione velut præ latoria: nimirum extensio corporis Christi in cruce vt crucifigeretur, pretiosus eius sanguinis effusio, eiusque fructus vberimus: & hæc tria declarant tres illæ cruce quas Sacerdos efformat ad illa verba: *Corpus & sanguinem sumserimus, omni benedictione &c.* Alias tres facit dicens: *sanctificas, unctificas, benedixit & præstas nobis,* quæ significant tres orationes Christi, primam qua simplex intercessit pro inimicis: *Pater dimitte illis,* secundam qua Patrem deprecatus est, vt si possibile foret eum a morte liberaret, idque dum dixit: *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* Et tertiam quæ spectabat consecutionem gloriæ suæ, quam his verbis exposuit: *Pater in manus tuas commendo spiritum meum.* Luc. 23. 46.

Iam crucifixus tribus in illa horis pependit à sexta nimirum vsque ad nonam, atque ad horum trium horarum expositionem, format Sacerdos

XIV. Quinque Christi vulnera emicant.

XV. Tria alia notanda in Christi passione.

Luc. 23. 34. Matt. 27. 46.

XVI. Animæ à corpore separatio.

cerdos tres illas cruces cum SS. Christi Corpore, quando illas efformans ait: Per ipsam etc. etc. in daobus locis: nam tam corpus quam anima locum occuparunt sibi proprium, Divinitate tamen semper unita manente tam animæ quam corpori, corpus mansit in sepulchro, anima vero descendit ad inferos, partem illam sanam SS. Patrum eductura expectantium Christi adventum eos liberaturi. Vt autem denotentur hæc duo loca corporis & animæ, duas effugit cruces tribus immediate adhaerentes & coniunctas quas super calicem hæc dicens efformat: Et tibi Dco Patri omnipotenti in unitate etc. Et ultimo repræsentat in eo gloriosam & triumphalem Christi resurrectionem tertio die, in tribus illis crucibus quas efformat cum particula hostiæ quam dextra tenet. hæc verba pronuntians: Pax Domini sit semper vobiscum. Itaque gressus omnes passionis Christi repræsentat Sacerdos in Missa in omnibus diuersis his crucibus quas facit quo tempore sit memoria silentij quod Christus in illa servauit, per ipsam quod Sacerdos servat, ad hoc in missa punctum perueniens.

XVII. Primum Memento pro viuis.

Hic prodibat Diaconus in Missa D. Chrysof. exhortans omnes vt pro viuis orarent, atque ad huius consuetudinis conseruationem sit pro illis primum Memento. Primo loco statuo Papam, Regem & Personas in dignitate constitutas Ecclesiastica & seculari, quatum regimini boni spectat vniuersale Ecclesiæ & ad illud pertinetia: & statim sequuntur Patres, matres, Parentes, amici & reliqui quibus se deuinctum arturatur, Quorum tibi fides cognita est & nota deuotio. Confestim præcedentibus adiungit attentionem aham multo longiorem quo tempore Sacerdos impeditur consecratione panis & vini in corpus & sanguinem Christi istidem verbis, quibus Christus vsus est in nocte cenæ, eaque proferre incipit ab illis: Qui pridie quam pateretur & quamvis essentielles consecrationis panis sint illa que velut formam huius sacramenti pronuntiat; Hoc est corpus meum, quorum forma declarat quod ex illorum virtute sit sub illis speciebus corpus Christi, atque in vino; Hic est calix sanguinis mei etc. etenim per eorum virtutem sub eius speciebus laet Christi sanguis pretiosissimus; nihilominus ex præcepto Ecclesiastico tenemur ab his incipere; Qui pridie etc. nec omittendum enim in vtraque forma.

64

Et illa attentione qua huic interer te prepara ad eleuationem, confestim enim conspicias Sacrosanctam hostiam eleuari corpus scilicet

Christi, quo significatur enaliter Iudæi Christi in cruce exalantur in oculis totius mundi, vti etc. illum omnes intuentes oculis fidei superantur. Eleuatis ex eius Diuinitate saluarentur, sicut illi qui hostiam serpentem aspicientes æneum quem Moyses exaltauit, ab alijs reddebantur immunes, Præterea statim licebit intueri eleuationem sanguinis eius per etiosissimi in calice, quo demonstratur quod dum Christus in aere suspensus fuit, tunc ille effusus fuerit; similiter vt fructus ostendat Christi sanguinis effusi, non limitatus, nec vni soli appropriatus Nationi, Proincia, seu Regno, sed quod omnibus generaliter seruitur, sicut autem inter elementa minus est alicui appropriatus: quandoquidem omnibus sine ulla limitatione deserviat. Imaginare o Christiane te sub hac cruce consistere, & mentis oculis sursum ad illam eleuationem hæc illi verba pronuntians. O plæna SS. terram hanc secunda maledictam, quatenus tua virtute anima mea tales profuerit fructus quales de tam pretiosa pluuia quis possit expectare. O oleum sanctissimum hanc cordis mei tempera duritiem quatenus amore liquebat tanti benefactoris. O caeleste balneum mea cura vulnera: vnica quippe gurgis sufficit omnium mundi curate vulnera. His delictis animam tuam recrea quando mentis oculis corpus & sanguinem Christi in hostia & calice numeris.

Deinde brachia extendit Sacerdos, brachia Christi denotans extensa, & perseuera silentij in signum silentij quod amici eius in Passione seruauerunt, qui Erant à longe: quidam enim iugerant, alij stabant absconditi, quinimo & inter ipsos vnus reperiens est qui eum negavit, nec erat qui vel verbum loqueretur vel eius honorarem protector defenderet. Vt autem scitemus hoc Christi sacrificium etiam mortuis prodesse, eorum sit hic commemoratio in secundo Memento pro defunctis, & semper perseuera silentium indicium silentij amicorum eius quorum nullus eius in se causas suscepit defendendam, sed omnes tacerunt: ad summum auditum est profundum de pectore Virginali SS. Matris eius spiritum: quocirca tunc Sacerdos illud indicaturus vocem attollit & ait: Nobis quoque peccatoribus. Et quandoquidem ea hora Latino illum confessus sit vt Dominum Regni caelorum, ab illo supplex ingressum in illud postulant: Domine memento nos dum veneris in Regnum tuum. His verbis conformiter quasi ipsam stratur, quibus gloriosam declarat Laronis in cruce confessionem: Nobis quoque peccatoribus. Hic re- ipsum

XVII. Secundu Memento pro defunctis.

ipsum considera & latroni statue collateronem dicens: Domine mi non presumo latusingere SS. uir Matris, est enim ipsa puritas, ego vero horrendis infimorum scelerum foeteo lordibus & ad latus tantæ puritatis enormior apparet immunditia meorum criminum: nec me locum adiungam dilecto discipulo tuo Ioan. nec feruenti Magdalene: nix etenim sum congelata, atque tanto amoris igne proximus conlumeret. Latroni comes adhaeret, & cum ipso vociferabot: *Dñe, memeto mei.* Quocirca omni nomine deprecatur sacerdos: *Nobis quoque peccatoribus.*

Luc. 23. Post hæc frangit silentium & altius legit *Pater noster*, voces significans Christi: *Voce magna dixit: Pater in manus tuas commendo Spiritum meum.* Hic meminisse oportet eius quod ait

Habitu. 57. Apostolus: *Cum clamore ualido & lacrymis offerrent:* Hic enim se pro nobis offert, unde optime quadat *Pater noster*, quod D. Gregorius hoc loco statuit ut voces nostras Christi uocibus coniungamus: hoc enim ante eadentibus uerbis indicatur: *Fræceptis salutaribus moniti & diuina institutione formati audemus dicere &c.* & statim iterum seruat silentium quo mortem exprimat qui creatus omnes Christo moriente oppressit. Hic hostiam in duas diuidit partes, quarum unam in duas alias diuidit & unam earum immittit in sanguinem, significans diuinitatem & humanitatem Christi: diuinitatem denotat pars quæ manit integra: quia diuinitas nullam passæ est læsionem, humanitas pars ea est quæ diuiditur, in signum quod in morte Christi uere ac realiter anima discederet à corpore, corpus autem cum sanguine in sepulchro, anima uero in limbo.

Habetur de C. 10. c. 2. Dist. 2. Vel nisi dicamus cum Papa Sergio. loquente de corpore mystico Christi significat tres status in quos diuiditur. Primus est beatorum qui iam surrexerunt in corpore glorioso, qualis est Christus eiusque SS. Mater & alij sancti qui iam in corpore & anima cælesti fruuntur beatitudine, & huic statum significat pars illa hostiæ consecrata, quæ in calicem demittitur & Christi sanguini adunatur, indicium alterius uisionis in ipsis animæ cum corpore. Pars quam sumit sacerdos statum significat corporis mystici. Christi nam uelut uiaatoris & peregrini hic adhuc uiuunt uix subiecti mortali ad cuius sustentationem cibo indigent alimenti: ut autem declaretur illos hoc cibo conuersari, manducat sacerdos partem illam SS. Sacramenti, & quia iusti in hac uita mortali oppressionem non euadunt qua illos infestant satir accitæ propriæ passionis,

quæ illos continuo impugnant, quas perpetua student refranare diligentia; *Sicut & factus comesus conseruitur dentibus* (ait D. Thom.) *ita uicines in terra passionibus conseruitur*, idcirco ut ait. 5. in hac particula hostiæ designetur hic status sol. ad 6. Ecclesiæ, quæ pars est corporis Christi mystici, eam sacerdos sumit illam dentibus premens quasi læceraturus. Alia eiusdem pars in primitiua Ecclesiâ remanebat in Altari, quæ consuetudo propter varia inconuenientia abrogata fuit, licet semper manserit significatio, ea licet quod pars illa statum exprimat iustorum quorum animæ post mortem uel in cælo diuina gaudent uisione uel in purgatorio debitis suorum satisfaciunt imperfectionum, quorum corpora remanent in sepulchro usque ad consummationem sæculi: tunc etenim ad perfectam resurrectionem gloriæ possessionem: quod D. Thom. his uerbis expli. auit.

Hostia diuiditur in partes, tunc habentos Pleu. sica notat uinos seruata sepultos.

Statim sequitur *Agnus Dei*, quibus uerbis sacerdos omnibus pacem applicat, & Christi denotat resurrectionem, suos etenim saluans pacem applicatus est. *Pax uobis*: & merito dicit enim Spiritus S. *Erit opus iustitia Pax*: nam congre sequitur pax post executionem iustitiæ, laisfecit illi morte sua Christus, & deinde per resurrectionem suam perpetuam nobis offert pacem: *Ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum*, atque in signum quod illam sumus adepturi, pax toti populo datur. & sacerdos sumpto Christi corpore, sacram Communionem cæteris exportat: Consuetudo hæc Ecclesiæ fuit primitiua: quia eo tempore fideles quotidie communicabant postmodum abstinerunt, & tantum post octiduum communicabant, circa quæ late dicitur M. Soto.

In cuius rei memoriâ nobis modo datur panis benedictus, quo monemur, cum omnes sacramentaliter non communemur, saltem spiritualiter & seruido affectu cum sacerdote communicemus, ut merito fructum nauiamus, quem laici nobis potest affectus ille feruentior: si namque qui occidit alterum ex affectu male suæ uoluntatis, quantum est ex parte sua, uitam illi admittit cui mortem excepit, & Deum grauissime offendit: indubie qui communicat secundum primum suæ deuotionis affectum, quantum est ex parte suæ dispositionis, dicere licet quod communicet, & merito fructum consequatur bonæ suæ uoluntati correspondens. Quia uero Ecclesiâ uniuersaliter agnoscit ut supramum

66

17. 31. 17

In 4. sem. dist. 1. c. 9. 1. 97. 10.

nam beneficium illud quod Deus seipsum in cibum sibi illis speciebus in S. Communione, idcirco postremis orationibus quas peracta communionem sacerdos cantat gratias illi refert, in signum gratitudinis, quas potest maximas. Quibus iunctis sacerdos impertit benedictionem, qua non recepta iuxta Canones illicitum erat exire: nam

fuit hoc Sacrificio, nimirum ultimo die mundi, copiosa illa nobis dabitur benedictio: *Pater benedicti Patri mei, postea te paratum vobis Regnum à constitutione mundi, per quam gloria perfruemur, quæ hæc subsequetur æterna: Ad quam nos perducat Dominus noster Iesus Christus Amen.*

Quæ in hac forma inaduertenter illapsa sunt, in alia forma emendata sunt.



IN.

INDEX

LOGORVM S. SCRIPTVRÆ

QVI IN HOC LIBRO CITANTVR.

*Numerus primus denotat Homiliam, sequentes autem numeros in marginibus eorum designatos; qui hoc asterisco * prænoscantur fusius explicantur.*

GENESIS.

- C.1.v.1.** **E**rra autem erat inanis & vacua. ho. 3. n. 55.
 Tenebræ erant super faciem abyssi. ho. 3. n. 15.
 3. Dixit Deus fiat lux: & facta est lux. ho. 1. n. 15.
 26. * Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. hom. 2. nu. 38. & hom. 4. n. 19.
 Et præfuit piscibus maris & volatilibus cæli, &c. ho. 4. n. 39.
 27. Creauit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam. ho. 4. n. 19.
 29. Ecce dedi vobis omnem herbam &c. ho. 2. n. 5. 9. & 11.
 31. Vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona. ho. 2. n. 38.
C.2.v.11. * Igitur perfecti sunt cæli & omnis ornatuſ eorum. Compleuitque Deus die septimo opus suum quod fecerat, & requieuit die septimo ab vniuerso opere quod pararat. ho. 3. n. 9.
 7. Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiritum vitæ. ho. 3. n. 9. ho. 4. n. 31.
C.3.v.1. * Cur præcepit vobis Deus vt non comederetis de omni ligno paradisi? cui respondit mulier &c. Ne forte moriamur. ho. 1. n. 37.
 5. Eritis sicut Dij, scientes bonum & malum. ho. 1. n. 3. & 4. ho. 3. n. 28.
 7. Aperti sunt oculi amborum: cumque cognouissent se esse nudos &c. ho. 4. n. 51.
C.4.v.4. Respexit Dominus ad Abel & ad munera eius. ho. 3. n. 54. ho. 5. n. 55.
C.6.v.12. Omnis quippe caro corruperat viam suam. ho. 2. n. 3. ho. 3. n. 55. ho. 4. n. 47.
C.14.v.18. Melchisedech proferens panem & vinum. ho. 4. n. 43.
C.15.v.5. * Noli timere Abram, ego protector tuus

- sum. ho. 3. n. 25.
 Abraham pater multarum gentium. hom. 5. nu. 19. **C.17.v.1.**
 Abiit à te vt occidas iustum cum impio. ho. 5. n. 26. **C.18.v.25**
 Tolle filium tuum vnigenitum quem diligis Isaac &c. ho. 2. n. 21. & 32. ho. 5. n. 61. **C.21.v.8**
 * Collidebantur in utero eius paruuli &c. Perrexit vt consuleret Dominum. ho. 5. n. 20. **C.25.v.28**
 23. * Dux gentes sunt in utero tuo, & duo populi ex ventre tuo diuidentur. ho. 1. nu. 39. ho. 3. n. 29.
 Ego sum Deus Abraham patris tui, noli timere. **C.26.v.1.**
 Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni. ho. 5. n. 31. & 41. **C.27.v.1.**
 28. Det tibi Deus de tore cali & de pinguedine terræ abundantiam frumenti & vini. ho. 3. n. 29. **C.28.v.13**
 37. Frumento & vino stabiliui eum, & tibi post hæc, fili mi, ultra quid faciam? ho. 3. nu. 29.
 * Ego sum Dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Isaac &c. & ero custos tuus quocumque perrexeris. ho. 3. n. 26.
 16. Vere Dominus est in loco isto, & ego nesciebam. ho. 1. n. 41. ho. 5. n. 12.
 20. 21. Venit votum dicens: si fuerit Deus mecum, & custodierit me in via, per quam ego ambulo &c. erit mihi Dominus in Deum. ho. 3. n. 14. **C.29.v.17**
 * Lia lippis erat oculis. hom. 1. n. 23.
 * 26. Non est in loco nostro consuetudinis, vt minores ante tradamus ad nuptias. hom. 1. n. 23. **C.31.v.24**
 * Ecce vir iuclabatur cum eo. ho. 3. n. 4. **C.32.v.24**
 * 26. Dimitte me: iam enim ascendit aurora. ho. 3. n. 49.
 Illi vero parabant mœra, donec ingrederetur Ioseph meridie. ho. 4. n. 51. **C.43.v.1.**
 32. 33. Fecit Ioseph grande conuinium fratribus

INDEX LOCORVM

- tribus suis, ho. 3. n. 31.
 34. Biberuntque & inebriati sunt cum eo, ho. 4. n. 44.
 C. 45. v. 28. Rediit spiritus eius ho. 4. n. 45.
 * Afer, pinguis panis eius, & praebebit delicias Regibus, ho. 2. n. 13.
 E X O D I.
 C. 1. v. 5. Vidi filia Pharaoni parvulum elegantem in fscella, ho. 4. n. 11. & ho. 5. n. 50.
 C. 3. v. 1. Ad interiora deserti, ho. 1. n. 4.
 5. * Ne appropies hircifolue calceamentum de pedibus tuis: locus enim in quo stas, terra sancta est, ho. 1. n. 4. ho. 5. n. 11.
 11. 12. Quis sum ego vt vadam ad Pharaonem &c. Ego ero tecum, ho. 5. n. 49.
 C. 4. v. 22. Filius meus primogenitus Israel, ho. 5. n. 49.
 C. 8. v. 5. * Extende manum tuam, ho. 4. n. 25.
 C. 12. v. 3. Tollat unusquisque agnum per familias & domus suas, ho. 5. n. 52.
 4. Assumet vicinum suum, qui iunctus est domui suae, ho. 5. n. 52.
 5. Erat agnus absque macula, masculus, anniculus, ho. 2. n. 43.
 10. Nec remanebit quidquam ex eo vsque mane, ho. 1. n. 8.
 11. Renes vestros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus, tenentesque baculos in manibus, ho. 4. n. 5.
 15. Non erit fermentum in domibus vestris, ho. 5. n. 53.
 C. 13. v. 21. Et per noctem in columna ignis, ho. 1. n. 6. & 43.
 C. 16. v. 8. Noscimus quid sumus? Nec est contra nos murmur vestrum, sed contra Dominum, ho. 5. n. 29.
 14. Apparuit in solitudine mirum & quasi pilosum in similitudinem pruni, ho. 1. n. 27.
 19. Nul us relinquet ex eo in mane, ho. 1. n. 8.
 21. Cumque incalisset sol, liquebat, ho. 1. n. 37.
 C. 17. v. Cumque leuaret manus Moyses, vincebat Israel, ho. 5. n. 46.
 C. 21. v. 17. Qui maledixerit patri suo vel matri, morte moriatur, ho. 5. n. 29.
 C. 23. v. 15. Non apparebit vacuum in conspectu Dei tui, ho. 5. n. 45. & 54.
 C. 25. v. 30. * Et ponet super mensam panes propositionis in conspectu meo semper, ho. 4. n. 49.
 31. Facies & candelabrum &c. ho. 4. n. 49. & 50.
 C. 26. v. 1. Tabernaculum, vero ita facies, ho. 5. n. 14.
 31. * Facies & velum de hyacintho, & pu pu in coccoque bis tincto, & bysso &c. ho. 5. n. 5.
 Facies & altare de lignis setim, ho. 3. n. 33. C. 25. v. 21.
 Vestes, & cramentum Pontificis tripliciter cantur, ho. 5. n. 28.
 Erat adolebitur incensum super eo Aaron, ho. 4. n. 49. n. 41.
 Fac nobis Deos qui nos precedam, ho. 4. n. 49. C. 25. v. 4.
 * Hi sunt Diij tui Israel qui te eduxerunt de terra Aegypti, ho. 3. n. 47.
 21. * Peccatum maximum, ho. 3. n. 47.
 32. Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo quem scripsisti, ho. 2. n. 17.
 Non ascendam tecum, quia populus durus ceruicis es, ho. 3. n. 47.
 4. * Audetisque populus setimouem pessimum, luxit &c. ho. 3. n. 47.
 19. Ostendam tibi omne bonum, ho. 1. n. 14.
 21. Non videbit me homo & viuet, ho. 3. n. 30. ho. 4. n. 36.
 * Sancta Sanctorum & velum opere pluma C. 25. v. 10. &c. ho. 4. n. 4.
 L E V I T I C I.
 Ignis in altari semper ardebit, quem nutrit Sacerdos, ho. 3. n. 53.
 In quo erat Doctrina & veritas, ho. 5. n. 27. C. 25. v. 10.
 Apparet gloria Domini omni multitudini, & ecce egressus ignis in Domino deorum holocaustum, ho. 3. n. 53.
 Sancti estote, quoniam ego sanctus sum, ho. 1. n. 31.
 * Et dimitte passerem vinum, vt in agrum auolet, ho. 2. n. 30.
 N Y M E R I.
 Quis dabit vobis ad vescendum carnes? ho. 1. n. 27.
 6. Nihil aliud respiciunt oculi vestri nisi Man, ho. 1. n. 27.
 11. * Porta eorum in sinu tuo, sicut porta soler nutrix infantulum, ho. 2. n. 5. ho. 3. n. 49.
 * Ibi vidimus membra quaedam filiorum E-nae de genere giganteo, ho. 3. n. 45.
 Sicut panem ea eos possumus deuorare, ho. 3. n. 45.
 11. Vique quo detrahet mihi populus iste: quo vique non credent mihi, ho. 5. n. 29.
 Et omnis globus tuus fiet contra Dominum, quid est enim Aaton vt murmuretis contra eum, ho. 5. n. 29.
 * Anima nostra iam nauicat super cibo isto lentissimo, ho. 1. n. 27.
 7. Qui percussus aspexerit eum, viuet, ho. 4. n. 7.
 Quam pulchra tabernacula tua Iacob, & tota tota tua Israel, ho. 1. n. 24. & ho. 3. n. 52.
 Fornicatus est populus cum filiabus Moab, ho. 3. n. 52. * Siquid

- C. 17. v. 21. * Siquid apendum erit, Eleazar Sacerdos consulat Dominum, ho. 1. n. 21.
- DEUTERONOMII.**
- C. 5. v. 29. Quis dei eos talem habere mentem vt timeant me, & custodiant vniuersa mandata mea in omni tempore, ho. 4. n. 18.
13. * Et bene sit vobis, & proteleantur dies in terra possessionis vestra, ho. 4. n. 12.
- C. 6. v. 5. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo &c. ho. 3. n. 13.
- C. 11. v. 21. Si custodieritis mandata mea quæ ego præcipio vobis, ho. 2. n. 45.
- C. 18. v. 15. * Prophetam, de gente tua, & de fratribus tuis, sicut me suscitabit tibi Dominus Deus tuus, ho. 3. n. 2.
- C. 32. v. 25. Incautus est dilectus & recalcitrauit &c. dereliquit Deum factorem suum, hom. 4. n. 55.
39. Videte quod ego sim solus, & non sit alius Deus præter me, ho. 3. n. 12.
- Ego occidam & ego viuere faciam, hom. 2. n. 30.
- C. 33. v. 3. Et qui appropinquare pedibus eius, accipient de doctrina illius, ho. 1. n. 12.
- I O S V E.**
- C. 1. v. 4. * Sit inter vos & arcam spatium cubitorum duum millium vt procul videre possitis &c. Et caute ne appropinquetis ad arcam, ho. 1. n. 20.
15. Iordanis autem ripas alui sui tempore missi impleuerat, ho. 1. n. 20.
- C. 5. v. 15. Cecidit Iolue pronus in terram & adorans &c. ho. 3. n. 60.
- I V D I C V M.**
- C. 7. v. 14. Non est hoc aliud nisi gladius Gedeonis, ho. 4. n. 48.
- C. 14. v. 9. * Sumpsit fauam mellis de ore Leonis &c. ho. 5. n. 12.
14. * De comedente exiit cibus & de fori egrella est dulcedo, ho. 1. n. 2.
- C. 18. v. 21. Vni qui habitabant in xdibus Michæ conelamantes secuti sunt, & post tergum clamare corperunt, ho. 3. n. 11.
- R V T H.**
- C. 1. v. 4. Dominus vobiscum, hom. 1. n. 44.
- C. 4. v. 7. Hic autem erat mos antiquitus in Israel inter propinquos vt si quando alter alteri suo iuri cecebat vt esset firma concessio, soluebat homo calcamentum suum, ho. 1. n. 4.
- I. REGVM.**
- C. 6. v. 19. Percussit de viris Bethfamiliaribus, eo quod vidissent arcam Domini &c. Quis poterit stare in conspectu Domini Dei sancti huius? ho. 3. n. 58. hom. 3. n. 46.
- C. 8. v. 8. Non te abiecerunt sed me, ho. 5. n. 29.
- Num saluare nos poterit iste? hom. 3. n. 1. ho. C. 10. v. 27.
4. num. 38. C. 14. v. 27.
- Contrahe manum tuam, ho. 5. n. 21. C. 15. v. 10.
- Quare non audisti vocem Domini, hom. 1. num. 40. C. 21. v. 8.
- * Si habes hic ad manum hastam aut gladium? ho. 2. n. 3. ho. 4. n. 47. C. 22. v. 5.
- Mane mecum, ne timeas: si quis quaesierit animam meam, quaeret & animam tuam, mecumque seruaberis, ho. 5. n. 21. C. 23. v. 10.
- Applica Ephod, ho. 5. n. 21. & 44. C. 28. v. 15.
- Coardator nimis, ho. 3. n. 48. C. 28. v. 15.
16. Cum Dominus recesserit à te, ho. 3. n. 15. mer. 48.
- II. REGVM.**
- Dixit Amnon: Thamar sororem fratris mei Absalom amo, ho. 6. n. 25. C. 13. v. 4.
- * O si quis mihi daret potum aquæ de cisterna, quæ est in Bethlehem, hom. 2. n. 26. & ho. 4. n. 12. C. 23. v. 15.
- III. REGVM.**
- * Singuli discrebant munera Salomoni, ho. 5. n. 18. C. 10. v. 25.
- Vixit Dominus Deus Israel: si erit annis his ros & pluuia nisi iuxta oris mei verba, hom. 1. n. 17. C. 17. v. 1.
18. Ingressus es ad me, vt rememorarentur iniquitates meæ, ho. 2. n. 25.
21. Et expandit se atque mensus est super puerum tribus vicibus, ho. 3. n. 55. C. 19. v. 4.
- Petuit animæ suæ vt moreretur, & ait: sufficit mihi Domine, tolle animam meam, hom. 4. n. 41. C. 19. v. 4.
- In sermone Domini: petente me, hom. 1. n. 36. C. 20. v. 36.
- IV. REGVM.**
- Pater mi, Pater mi, curus Israel & auriga, hom. 3. n. 50. C. 2. v. 12.
- Facite alueum torrentis huius fossas & fossas, ho. 5. n. 48. C. 3. v. 17.
- Anima lucto quod vir Dei sanctus est iste, qui transiit per nos frequenter: faciamus ergo ei cornaculum pauium & ponamus in eo lectulum &c. ho. 3. n. 67. C. 4. v. 10.
34. Et incubuit super puerum &c. hom. 37. num. 37. & 41. C. 5. v. 10.
- * Vade & lauare septies in Iordane, hom. 3. num. 70. C. 5. v. 10.
- I. PARALIPOMENON.**
- Ego in simplicitate cordis mei lætus obrutus vniuersa hæc, & populum tuum qui hic repperus est, vidi cum ingenti gaudio tibi et fletu donaria, ho. 5. n. 54. C. 29. v. 17.

II. PARALIPOMENON.

- C. 4. v. 20. Et super eas panes propositionis, hom. 4. num. 49.
- C. 9. v. 24. Deferebant munera Salomoni, hom. 5. n. 18.
- C. 26. n. Azarias & cum eo octoginta viri fortissimi restiterunt Ozii, ho. 5. n. 16.
- ESDRAS IV.
- C. 9. v. 14. * Ibis in campum florum, vbi domus non est edificata, & manducabis solummodo de floribus campi, & carnem non gustabis, & vinum non bibes, sed solummodo flores, ho. 2. n. 42.
- TOBIAS.
- C. 5. v. 12. Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen caeli non video, hom. 1. n. 25.
- C. 10. v. 5. Omnia simul in te vno habentes, ho. 2. n. 25.
- IVDITH.
- C. 5. v. 8. * Destruxit Holofernes omnes aqueductus, ho. 4. n. 34.
- C. 1. v. 8. Qui parati sunt suscitare Leviathan, hom. 3. n. 44.
- C. 9. v. 6. Qui commouet terram de loco suo & columnae eius concutuntur, ho. 4. n. 3.
- C. 14. v. 1. Homo natus de muliere breui viuens tempore repletur multis miserijs, hom. 3. n. 57. hom. 4. n. 34.
- C. 17. v. 3. * Pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me, ho. 1. n. 7.
- C. 22. v. 14. Nec nostra considerat, & circa cardines caeli perambulat ho. 1. n. 17.
26. Tunc super omnipotentem delicijs affluet & eleuabis ad Deum faciem tuam, hom. 2. n. 9.
- C. 28. v. 1. * Habet argentum venarum suarum principia & auro locus est in quo conflatur, & c. ho. 1. n. 8.
